



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt V. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Respondeo. Summa esse stultitiæ, ac planè inexcusableis, si fidem tot fecis nouis sine miraculis haberemus. Quid enim si Caluinus sibi sine miraculis credi æquum censet, nonne idem sibi iuris Lutherus, Flacus, Mennon, Swenckfeldius, Socinus, Armini, Libertini etiam, cætereq; pestes flagitabunt? Quid porro causæ est, cur huic credam, illis non credam? De scripturarum interpretatione controuertimus, nouo modo interpretantur omnes, vt credam opus est signo veritatis, quale non potest esse falsitatis. A magistratu ecclesiastico vocati non sunt, à Deo si missi sunt, diploma missionis expromant, vitæ san-

ctitati non credo, pleriq; propter scelera vel ab Ecclesiâ pulsi sunt, vel vt rami arboris exciderunt.

§. 5. Joannis Baptista testimonium authenticum fuit, ita vt qui ab eo sufficienter instructi fuerint, credere tenerentur, eum, quem demonstrauit, Christum esse. Quamuis enim nondum miracula fecerat Christus, expectare tamen poterat. Quia vero multis hoc testimonium sufficienter propositum non fuit, non tenebantur credere antequam miracula viderent. De his dicitur: Si non venissem & opera non fecissem, peccatum non haberent.

CAPVT V.

HOC ERAT dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. 2. Est autem Ierosolymis Probatica piscina quæ cognominatur Hebraice Bethesda, quing. porticus habens. 3. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. 4. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ sanus fiebat, à quacumq; detinebatur infirmitate. 5. Erat autem quidam homo ibi iugiter & octo annos habens in infirmitate sua. 6. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vi sanus fieri? 7. Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fueris aqua mittat me in piscinam, dum venio enim ego, alius ante me descendit. 8. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. 9. Et statim sanus factus est homo ille, & subleuabat grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. 10. Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. 11. Respondit eis: Qui me sanum fecit ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. 12. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? 13. Is autem, qui sanus fuerat, respondit: Nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. 14. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 15. Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. 16. Propterea persequabantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. 17. Iesus autem respondit eis: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. 18. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum æqualem se faciens Deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: 19. Amen, amen dico vobis: non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. 20. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. 21. Sicut enim Pater suscitauit mortuos, & uiuificat: sic & filius, quos vult, uiuificat. 22. Neq; enim Pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio. 23. vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. 24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte in vitam. 25. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quædo mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, uiuent. 26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso. 27. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. 28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei. 29. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. 30. Non possum ego à meipso facere quidquam. Sicut audio iudico: & iudicium meum in seipsum est, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. 31. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. 32. Alius est, qui testimonium perhibet de me: & scio, quia verum est testimonium, quod perhibet de me. 33. Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit veritatem. 34. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico, vt vos salui sitis. 35. Hæc erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluistis ad hanc exultare in luce eius. 36. Ego autem habeo testimonium maius Ioannem. Opera enim, quæ dedit mihi Pater, vt perficerem ea ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. 37. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me: & vocem eius unquam audistis, neq; speciem eius vidistis. 38. Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit illi, huic vos credidistis. 39. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. 40. Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. 41. Claritatem ab hominibus non accipio. 42. Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. 43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. 44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis? 45. Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. 46. Si enim crederetis Moysi, crederetis etiam mihi: de me enim ille scripsit. 47. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis crederis?

IN CAPVT QVINTVM

ARGVMENTVM



Hristus paralyticum ad piscinam probaticam sanat, idque Sabbatho, & grabatum ferre iubet; ludæis autem calumniantibus factum; defendit auctoritate patris sui semper operantis. Diuinitatem suam multis argumentis comprobat: etiam Moïsis testimonio.

Porro disputationes hætenus cum Nicodemo, & Samaritide institutæ quasi priuatæ fuerunt, nunc Ierosolymis eum ipsis principibus publicè auctoritatem suam probat. Etiam docet nullum morbum sibi esse incurabilem, & animarum non modò corporum se medicina esse.

In Syriacâ Ecelesia à principio, vsq; ad versum 19. legitur *matutinis Dominica 3. Ieiunij*. Hinc vsque ad versum trigésimum titulus est *רבינו רעוריא רבינא Ceriana deghanide, lectio defunctorum*, quia de mortuorum sc. resuscitatione differens, ex eâ potentiam suam diuinam asserit, A. vers. 30. ad finem vsq; *Matutinis Dominica 3. post Epiphaniam*.

Miraculum porro hoc celeberrimo loco factum, notissimumq; fuit, ac velut tuba, quâ ad salutarem doctrinam audiendam Ierosolymitani omnes conuocarentur,

Spiritualem expositionem vide apud Augustinum, de verbis Domini Sermone 42. ubi eruditè & suaviter omnia exponit: Neque enim tam luculentum in principe Vrbe miraculum, aliquâ significatione spiritali caruisse credendum est. Sicut nec admirabile est Christum naturæ vniuersæ conditorem mira efficere, sed Deum inter homines versari.

VERSVS 1.

Post hæc erat festus dies Iudaorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.

QVÆSTIO I.

Quis dies festus?

Quod festum fuerit incertum est.

§. 1. **C**onuenit inter omnes, vnum ex tribus fuisse, quibus Ierosolymam mares adire oportebat Exod. 23. 14. Pascha vel Pentecosten, vel Scenopegia. Vtrum ex hisce fuerit præter coniecturas nihil certi habetur. Quod Iansenius existimat Pascha fuisse, alioqui non posse quatuor inueniri, id aliis necessarium non videtur. Plerique tamen Pascha fuisse arbitrantur, etiam noster Vincentius. Nam cum dixisset quatuor menses esse vsque ad messem post primum Pascha dixit. Itaque in Nouembri vel Decembri: hoc ergo secundum Pascha erat. Sic Irenæus libro secundo, capit. trigésimo nono. Perer. libro quinto, in Dan. Iansen. Tolet.

§. 2. De Pentecoste Diuus Thomas, Lyra, Carthusiens. alii interpretantur. Quod si quispiam seruet hunc ordinem historiæ, vt dicat in paschate cætos venientes, & eementes, deinde colloquium cum Nicodemo celebratum, Christum in Iudæa commoratum baptizasse, deinde per Samariam in Galilæam profectum, & dixisse quatuor menses esse ad messem. non possunt illa fieri post Pascha vsque ad Pentecosten, sed necesse est ante secundum Pascha fieri. Quia tamen dicit *post hæc*, nondum constat certi quicquam *de tempore*: potuit enim in Galilæa manere, & ad secundum Pascha venire, deinde ad pentecosten. Itaq; cum nihil in vllam partem nisi probabile occurrat, cuiq; liberum fuerit sequitur quod verisimilimum videbitur.

VERSVS 8.

Est autem Hierosolymis Probatice piscina, qua cognominatur hebraicè Bethesda quinque porticus habens.

QVÆSTIO I.

Ue piscina probatica?

§. 1. **Q**uidam habent *in probaticâ vel ad probaticam*, erat sicut piscina, seu natatoria, Porta erat gregis 2. Eld. 3. 21. gregis seu ouium, *שַׁחַחַר הַבַּזֵּן Schachar hazon*: hæc dicebatur piscina pecoris, seu ouium, non quod eo loci oues ad aquarentur, aut victimarum extra eluerentur. Aqua enim non nisi ab Angelo movebatur: ad illos verò vsus aquarum copia ad templum erat. [Erant enim, inquit Iosephus lib. 8. de antiq. cap. 1. labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem crassitudine palmari, eius medietullium sustinebatur spira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumstabant duodecim iuueni ad tractus quatuor ventorum obuerti terni, quorum postica subsidebant vt eis orbiculare illud vas incumberet in medio sui depressius. Capiebat autem hoc mare congeries tria millia. Fecit præterea labrorum decem bases æreas quadrangulas, harum quæq; longitudine fuit cubitorum quinque, latitudine quatuor, altitudine trium, huius operis partes seorsim fabricatae sic compingebantur. Quatuor erant columellæ per totidè angulos dispositæ quadrangulæ, quibus latera basium vtrinq; inferebantur, erant a. hæc tripartita, & inter iuncturas cælaris distincta, alibi leonis effigies tauri alibi aut aquilæ. Columellæ quoq; eiusdè cælaris erant ornate. Torti vero opus quatuor rotis suspendebatur, quæ fusiles erant, habebantque modiolos & radios sesquicubitali inter vtramque extremitatem interuallo. eratq; mirum videre rotarum circumferentias, quomodo lateribus basin coaptatæ cantis suis insisterent. Angulos a. supernè continebant fusiles humeruli manuum extensarum. his imposita erat spira, cui labrum inferebatur, ita vt manibus sustineri

ADAMI
112
+ Euangeli
CVI
19

videretur: qua parte effigies leonum & aquilarum, sic erant adaptatae, ut cannatas putares; interuenientibus inter eas palmarum arbutusculis. Atque hæc fuit decem basium structura. Deinde ex eodem arte fecit decem labra rotunda conchæ speciei, quorum quodque capiebat congios quadraginta. erat enim altitudo quatuor cubitorum, & tantumdem spatium patebat inter margines. Ea labra decem illis basibus imposuit, quas mechonoth sua lingua appellabant. horum quinque ad finistrum latus templi septentrionale collocauit, totidem ad dextrum australe, ita ut orientem spectarent: quo loco etiam mare illud dedicauit. Omnibus deinde aqua repletis, mare quidem in eum usum assignauit, ut in de Sacerdotestemplum ingredientibus manus ac pedes abluerent, ad altare ascensuri: labra autem ut eorum aqua purgarentur interstina ac pedes animantium ad holocaustoma delinatorum.] Erat etiam sub templo fons perennis, magna copia scaturiens, vocabatur בְּרִית מַיִם מְחֻנָּה מֵעַל הַמִּזְבֵּחַ. Memenhamica, aqua de sanctuario. Ad illas alludit Ezech. c. 47. 3. aqua autem descendebat in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per riam portæ Aquilonis, &c. & aquæ reduntantes à latere dextero, &c. & traduxit me per aquam usque ad talos. Rursus quoque mensus est mihi, & traduxit me per aquam usque ad genua, &c. & traduxit me per aquam usque ad renes, &c. quoniam innumerant aquæ profundi torrentis, qui non possunt transfluere, &c.

Et Aristæus de Septuaginta duobus interpretibus: [Templum spectat ad orientem, posterioribus eius ad occidentem tendentibus, & pavimentum totum est lapide constitutum, tractusque; habet aquæ immittendæ ad loca certa, quæ mittitur ad abluendum sanguinem hostiarum: quia in solennibus festis multa millia iumentorum offeruntur. Aquæ vero confluxus nunquam deficit: & quia fons intrinsecus magnus naturalem, & eam perennem scaturiginem habet, & quia subter terram sunt mira & inenarrabili arte, aquarum receptacula confecta per quinque stadia, quemadmodum dum apparebat, vndiquaque circum templum, quoru singula habent fistulas infinitas, utrinque in se inuicem emittentes fluxus: atque hæc omnia in imo & à lateribus plumbo sunt obducta, & multa terra accuratè cooperita. Sunt præterea multa ostia in fundo & basi, quæ nemò cernere potest, præter illos quibus ministerium est commissum: per hæc impetu & effluxu sum permixta quæ, sanguis quantumvis copiosus, à victimis collectus, abluunt & expurgantur. Exponam etiam, quomodo ipse istorum receptaculorum molem extructuram, ex singulari benivolentia monstratam cognoui: Nam abduxerunt me ex Ciuitate ultra quatuor stadia, & iussit me vnus capite ad locum quendam inclinata aufcultare sonum, quem aquarum concursus aderet. Hinc aperte cognoui magnitudinem vasorum Templi (quæ aquas illas continerent.)]

Non igitur opus erat hac piscinâ ad eluendas purgandasque victimas. Erat tamen non procul à templo; dicitur v. בֵּית צְדָקָה בֵּית צְדָקָה, domus piscationis, alii legunt בֵּית חֶסֶד בֵּית חֶסֶד, quod, omisso ח, vertunt Bethesda, quod est domus misericordiæ, quod domum effusionis interpretantur, legerunt בֵּית אֶשֶׁר בֵּית אֶשֶׁר, Textus Syriacus hunc in modum habet. בֵּית חַדְרָא דְּמַעְבְּרָא דְּמַעְבְּרָא duchera chada de machamudua. Hoc est locus vnus piscinæ. Nam etiam in margine scriptum est additione בֵּית חַדְרָא דְּמַעְבְּרָא דְּמַעְבְּרָא, hebraicè è locis. Iunius & Tremellius verterunt: ad pecuariam, & fishaudiunt, portam. & quamuis de voce non dispuerent, constat tamen à Syris abesse particulam ad.

Ridiculus vero est Bullingerus hæreticus dum format à בֵּית beth, & צֶדֶק ceter. Nam צֶדֶק capram, non, ut ille ait, caprum significat. Deinde nulla litera radicalis eadem est, in Syro enim est חֶסֶד Chesda, ab Hebræo חֶסֶד Chesed, misericordia, & Bullingerus facit hinc בֵּית צֶדֶק quasi domum caprarum dicat: vbi literas suo arbitrio mutat צֶדֶק pro צֶדֶק, & ne quid desit, quo imperitiam faciam palam, de suo addit י, quasi capræ vocentur בֵּית צֶדֶק Chi-zed cum vocentur בֵּית צֶדֶק Chizien quod à חֶסֶד toto celo differt. ut etiam Hebraicè imperiti & figuris literarum satis constare potest. Hoc moneo, ne quis homines hæreticos ideò linguarum peritos existimet, quia peregrina idiomata commentis inferunt. Hieronymus de locis Hebraicis in probatica lacum rubentem esse ait mirum in modum: nam hostias ibi lauari à Sacerdotibus ferunt.

Bullingeri imperitia.

§. 2. Manet tamen in omnium derivatione difficultas, quod sit Hebraicum vocabulum Græco respondens, nihil enim horum ouem aut pecus significat. Nam alii sunt, qui vocant בֵּית צֶדֶק beth zed domum ouis. Ita Ioannes Heidenus malus auctor.

Mihi duæ respondendi rationes occurrunt. Primum est ut dicamus: non respondere sibi nomina illa quoad significationem, sed aliam ob causam, ita Hebraicè, ob aliam aliter græcè appellatam. Causa piscis fuit, ut vocarent Beth-chesda ob beneficia diuina ibi exhiberi solita. Quia verò forum ouillum eodem loco habebatur, Græcè πρὸ βαναίου quasi ouarium appellatur. Si nostram versionem stram retineamus, ut unque; potest vocari probatica, Hebraicè dicitur בֵּית צֶדֶק beth, zaida, hoc est, domus vel venationis, vel cibi, vel viatici. Vbi peregrini necessaria sibi compararent.

Vel domus piscationis, quod talibus locis solerent vendi pisces.

Quam ob causam autem Brentius vocet Thermas mihi incertum est, nisi quod certum est, sine vllò eum auctore hoc facere, si enim thermæ essent, aliqua mentio apud veteres fieret, deinde tum facile aquarum proprietati sanationis acceptæ referrentur. De tota re ita Franciscus Lucas: Alii addunt præpositionem super vel in probatica. Prior v. Bibliorum Sixtinarum, ita plerorumque Latinorum librorum, tam manu quam typis scriptorum, lectio est: cui ad scripturam Latini tractatores præter recentiores, Beda & libro de locis Hebraicis Hieronymus: nec non inter Græcos Theophylactus dum absque præpositione & legit & explicat, piscina cur probatica dicta fuerit. Denique sauet huic lectioni Syriacum Evangelium, quod habet. Est autem illic in Ierusalem locus quidam, Ablutionis qui vocatur. Altera lectio que addit præpositionem Super, est non paucorum Latinorum librorum, tum manu tum typis scriptorum (nam qui habent in præpositionem, sunt illi solummodo typis excussi, & quidem minoris fidei) quibus voluit libri Græci, qui consulant addunt præpositionem ἐν, ea tamen varietate ut quidam scribant nemina probatica & piscina eodem casu, Tertio inquam (ἐν τῇ πρὸ βαναίου κορυφῆς) plerique diuerso: prius tertio, posterus primo casu, ἐν τῇ πρὸ βαναίου κορυφῆς: ut & Latina scriptura, super probatica piscina, ambiguus est ad vtrumque, ut vtrumque nomen accipias, vel eodem casu, vel diuerso, prius sexto, posterus primo. Græcis libris consonant auctores Græci, Nonnus & Euthymius, quorum ille paraphrasi, hinc narratione sua intelligit, ad probaticam seu in probatica, fuisse piscinam. Hæc aliâ à nobis Latinis tractata sunt in Notationibus.

Ibidem que cognominatur Hebraicè Bethsaida. Ita legunt



que meliores libri, presens cognominatur, non imperfe-
ctum cognominabatur. Porro pro Bethesda, quidam li-
bri impressi scribunt Bethesda, ut etiam quidam Græci pro
Βηθεσδα scribunt Βηθσαιδα: sed ut Latinos illos ex Græcis
consulto esse mutatos, dubium non est: ita Græcos hos ex
Latinis, credibile est. Recepta Græcorum lectio est Βη-
θεσδα Bethesda, quod, prout scribitur à Syro, significat do-
mum misericordiae: Latinorum Bethesda, quod interpretari
licet domum piscationis. Vera verior, incertum. lege Notatio-
nes nostras prolixiores.

De Græca lectione sic: ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κοινῇ
ἑβραϊκῇ: Sic cum Regio plerique omnes libri scribunt, prius
nomen tertio, posterius primo casu. Quidam vtrumque scri-
bunt tertio casu ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κοινῇ ἑβραϊκῇ. Theo-
phylacti Roma excusi textus, commentario consentien-
te omiſſa prepositione & articulo, vtrumque scribit pri-
mo casu ἀρχαίᾳ κοινῇ ἑβραϊκῇ. Lege latinis varia-
tes, & Notationes nostras in variis Bibliorum lectio-
nes.

§. 3. Itaq; dicendum est diuerſas fuiſſe partes a-
quæ illius, si hostiæ aliquæ ibi lauabantur. Noluit
fortè Deus cultum suum & templum perpetuo mi-
raculo illustrare. Christus autem suos eodem mo-
do baptismo lauit in sanguine suo dealbatus. Ita
Tertullianus libro de baptismo, capite quinto, figu-
ram baptisimi esse ait. Sciunt opaci quique fontes & aui
quique riuus, & in balneo piscina & euripi in domibus vel
cisterna & patee, qui rapere dicuntur, scilicet per vim spi-
ritus nocentis. Nam & eneidos & lymphatos & hydropho-
bos vocant, quos aqua necauerunt, aut amentia vel for-
midine excrucerunt. Quorsum ista retulimus? ne quis du-
rius credat Angelum Dei sanctum aquis in salutem hominis
temperandis adesse, cum Angelus malus profanus commer-
cium eiusdem elementi in perniciem hominis frequentat.
Angelum aquis interuenire, si nouum videtur, exemplum
fuiti præuturrit. piscinam Bethsaidam Angelus interuenien-
s commouebat, obseruabant qui valitudinem quereban-
tur. Nam si quis præuenerat descendere illuc, queri post la-
uacrum desinebat. Figura ista medicine corporali spiritua-
lem medicina n canebat, ea forma, qua semper carnalia in
figura spiritualium antecedunt. Proficiente itaque in homi-
nibus gratia Dei, plus aqua & Angelo accipis: qui vitia
corporis remediabant, nunc spiritum medentur: qui tem-
poralem operabantur salutem, nunc æternam reformant:
qui vnum semel unum liberabant, nunc quotidie populos con-
seruant, delera morte per ablutionem delictorum, Exempto sc.
reatu, eximitur & pona.

Angelus a
qua ad-
erat.

Miraculi
huius alibi
mentio non
est.

Chrysoſtomus homilia 35. non modo piscinam
figuram baptisimi esse asserit, sed etiam imaginem il-
lustratorem, quia Christo proprio est. Erat vero ad
radicem montis, in eamq; videtur aqua templi deri-
uata.

§. 4. Nusquam huius miraculi in scriptura men-
tio alia habetur, imò ne quidem ab externis Scri-
ptotibus, quod inter tot rerum minutias quæ scri-
bi solent, mirandum est. Verum voluit Deus nobi-
lissimum extate miraculum, quo suos in religionis
constantia conseruaret: Gentibus ostenderet cul-
tum illum sibi placere. Semper enim Dei Ecclesia
miraculis gloria Dei reluxit, nec vnquam ita destitu-
ti fuerunt fideles, quin aliquo in loco, quasi exerta
manu beneficia Deus porrigeret. Porro in quinq;
porticibus magnam hominum multitudinem fuisse
ratio declarat, & Syrus textus etiam auget: dicit
enim fuisse ἡνθὰς ἄγριας Chammas sagias, populum ma-
gnum. Nec etiam dubitandum præter ægros fuisse plu-
rimos, qui seruirent illis, pauperibus Eleemosynas
darent, diuitibus ministrarent, quam rem adiuuabat
templi vicinitas, & nunc festum, itaq; loco conspi-
quo factum est miraculum.

§. 5. Monet noster Vincencius Anabaptistas
quosdam historiam de piscina probaticâ non reci-
pere, quod nulla in veteri Testamento eius men-
tio habeatur. nec à Iosepho quidem, at nobis satis
est ad fidem nouum Testamentum. Stultum enim
esset Ioannem eâ de re scribere, de qua conuinci
à multis viuentibus possit. Credibile verò est,
miracula illa post veteres libros scriptos capisse.
Quod ad Iosephum attinet, obiter & malignè Ba-
pultæ & CHRISTI res attigit, de admirandis
Apostolorum & martyrum rebus silet, hac in re-
gentium fecutus malignitatem, Christianorum
res vbique depremitum. Nec dubito Iosepho iam
adulto gratiam illam sublatam, Apostolis vbique sani-
tatem conferentibus.

Tertullianus post Domini mortem defuisse di-
cit. aduers. Iudæos capite decimo tertio. Et manda-
tum est nubibus, ne pluerent imbrem super vineam Sereb,
id est, celestibus beneficiis ne prouiderent domus Israel,
Fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat: &
non iustitiam sed clamorem, quo in crucem eum extorſe-
rat: & ita subtrahitis Charismatis prioribus, lex & Pro-
pheta vsque ad Ioannem fuerunt: & piscina Bethesda vsq;
ad aduentum Christi, curando inualeitudines ab Israel, desin a
beneficiis, deinde ex perſeuerantia furoris sui nomen Domini
per ipsos blasphemaretur.

Aquarum collectiones natatorias appellabant,
non quod ad natationem omnes vsurparentur, sed
quod plurimè. Nandi enim olim exercitationes cre-
berrimæ erant, quando & milites id discabant, & Au-
gustus nepotes ipse docebat. Comparatæ itaq; in il-
lum vsus piscinæ habebantur.

VERSUS 4.

Angelus autem Domini descendebat
secundum tempus in piscinam, &
mouebatur aqua. Et qui prior
descendisset in piscinam post mo-
tionem aqua, sanus fiebat à qua-
cunque detinebatur infirmitate.

QUESTIO I.

Quomodo aqua sanatis?

§. I. Descendebat Angelus, & aquam mouebat
non motu sanaturus, sed ut presens Dei be-
neficium testaretur. Vixit autem Deus creaturis pro
arbitrio, etsi illa quæ faciunt supra earum naturas
sint. Non symbolum duntaxat aqua fuit, sed etiam
causa sanitatis, per illam enim Deus potentiam
suam exercuit. De potentia obedienti alio lo-
co disserui. Syrus addit ἡνθὰς ἄγριας Chammas sagias, tur-
bam illis a-
quam, agris nempe. Quod verò Græcis ait ἡνθὰς
ἀγρίας, secundum tempus, Beza interpretem nostrum
quasi barbarum reprehendit, cum boni auctores
eo modo loqui soleant. Nam secundum tempus
est, post aliquod temporis interuallum. Sic Ci-
cero 1. de Oratore, secundum hunc diem. Et in
Vatin. secundum ea quæro. & oration. 2. in Ver-
tuaratio est, vs secundum binos ludos mihi respondere ini-
pias, vera, ut ante primos ludos comperendim. Itaque
secundum tempus apparebat, quo Deo visum fuit, In

VERSVS 10.

Dicebant ergo iudaei illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

QUESTIO I.

An non liceret ferre grabatum Sabbato?

§. 1. Nus minimum ferre Sabbato vetitum videtur Jerem. 17. 24. Et erit: si audieris me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis huius in die Sabbati: & si sanctificaveris diem Sabbati, ne facias in eo omne opus: &c. & 27. Si autem non audieris me ut sanctificeris diem Sabbati & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die Sabbati: succendam ignem in portis eius, & devorabis domos Ierusalem, & non extinguetur. Vbi tamen de minimis non est mentio, sed in communi de oneribus, quae per portas inferebantur die Sabbati non minus quam profano. Non dubito Ieremiam loqui de oneribus, quae inferebant in Vibem & vendebant, quod peccatum etiam post captivitatem fuisse auctor est Nehemias cap. 13. 15. In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbato, portantes acervos, & onerantes super asinos vinum, & vvas & vicus, & omne onus, & inferentes in Ierusalem in die Sabbati. Et contestatus sum, ut in die qua vendere liceret, venderent. Et Tyrj habitauerunt in ea inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in Sabbato filij Iuda, & dixerunt: Quae est haec res mala, quam vos facitis, & profanatis diem Sabbati? Nunquid non haec fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel violando Sabbatum. Factum est autem cum qui vissent porta Ierusalem in die Sabbati, dixerunt: & clausurunt ianuas, & praecepi ut non aperirent eas usque post Sabbatum: & de portis murus constitutus super portas ut nullus inferret onus in die Sabbati. Et manserunt negotiatores & vendentes uniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis. Et contestatus sum eos, & dixerunt: Quare maneris ex adverso muri? Si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque & tempore illo non venerunt in Sabbato. Vbi calcantes torcularia & ferentes onera ad mundinas reprehendit. Itaque paruum & necessarium onus ferre non minus licitum erat Sabbato, quam ambulatio, ac similia. Nullo vero modo sanare miserum Sabbati peccatum erat, ut etiam noster Vincencius docet. Erant quidem in cultu Sabbati plusquam superstitiosi Iudaei, ita ut in periculo remigate, nec quicquam tale ferre vellent. Hoc autem tempus maiorem observationem requirebat, cum decies circiter centena hominum millia ad festum conuenissent, & magno supplicio dignum facinus, videretur ferre lectum turbae & Deo insultantem calamitatem uniuersae genti inde orituram timebant: ex Ieremia enim loco citato cognorant, inter causas vastationis violationem Sabbati referri.

Sabbati cura superstitiosa.

§. 2. Itaque Sabbatum non videtur violasse, ut etiam Chrysostronus exponit Hom. 36. Neque tantum sanatus, sed ut lectum auferat in bes, ut miraculum crederetur, & nemo falsum & simulatum opinaretur. Nisi enim firmis & robustis membris id ferre non potuisset. Seruas hunc violavit legem sapenumero Christus, ut maiorem in modum impudentium silentium imponas. Non autem violasse Sabbatum rando, censet Chrysostronus, fecit enim non in Legis contemptum, sed augmentum. & non παραβαλον τον νόμον ἀλλ' υπεραβαλον, non transgrediens legem, sed superans.

In Syro est: *ביום זמן* in tempore, tempore, hoc est per intervalla temporis: Iunius & Tremell. In tempore tenoris, quod minimè probandum, cum idem sit in Syriaco verbum bis repetitum. Cyrill. lib. 2. cap. 25. Angelum divinà virtute per aquas sanasse, D. Thomas, Theophylact. inditam aquae virtutem, quae sanaret omnes, quod de illà instrumentali ratione intelligendum est.

Rectè ergo noster vertit: secundum tempus, *κατά καιρόν*, minus rectè Beza, certo momento; non enim certum erat vllum momentum, quo veniret, sed ob incertitudinem omni momento expectabant. Eodem modo minus commodè certo tempore vertunt alij: nam ambiguum est.

§. 2. Incerta fuisse accessus momenta docet multitudine expectantium. Cur autem vno potius loco, quam alijs Deus ista operetur, solus ipse nouit, qui omnia facit.

Hodie quoque multis locis multa miracula operantur, in alijs nulla. Quae de re Augustin. Epistol. 137. *Ubi que quidem Deus est, & nullo continetur vel includitur loco qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in Spiritu & veritate oportet odorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam, invisibiliter & coronet. Veruntamen ad ista, quae hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in alijs locis haec miracula fiant, in alijs non fiant?*

§. 3. Qui prior descendit, sanatur, ut appareat miraculo, non autem naturae sanitatem donari. Hic multos annos habuit in morbo. Syrus: quod multum tempus fuit ei, & interpretis in Regijs biblijs, addidit: in morbo. Sed in Syro non est.

§. 4. Anni argotantis morbi incurabilem contumaciam, & languentis patientiam demonstrant, ideo enim haec adduntur, ut miraculum esse probetur. Monet simul Deus et si beneficia sua diuotissime differat, non desperandum tamen esse. Quod respondet vers. 7. *uere*, Domine, seorsum ponendum est, magno enim affectu dicitur, Illud enim Domine est ciuilitate approbantis, quod voce ipsa indicabat. Syrus expressit eum affectum *אמר לי* In mari. Etiam Domine mi. Chrysostronus admiratus hominis tolerantiam & spem, exclamat: *Pudeat ergo nos, pudeat dilectissimi, & incredibilem foecundiam nostram deploremus: octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatque, neque eius impletum est desiderium, neque negligentia sua non sanabatur, sed praenatus ab alijs, ne que propterea desperauit: nos autem si vel decem dies orationibus inuigilantes non exaudimur, iam despicimus: hominibus vero quam diligentissimum exhibemus ministerium, in militris, in difficultatibus seruiantes, & tandem frequenter omnem spem amittimus: Dominum autem nostrum, ubi sine dubio merces sequitur longè laboribus amplior, (spes enim non confundit, inquit) debito studio & diligentia prosequi non possumus: & quoniam hoc supplicio dignum? nam si nihil accepturi essemus, ipsius tamen frequens consuetudo nonne innumera nobis bona astulisset? sed laboriosa est assidua oratio: & quid non laboriosum, quod à virtute proficitur?*

§. 5. Libri Graeci variant: alij *ἐν τῷ ἔργῳ* & *τὸ ἔργον* turbant aquam: alij *ἐν τῷ ἔργῳ* mouebatur. Eodem sensu; ratio quia τὸ alij articulum putauerunt, alij partem dictionis *ἐν τῷ ἔργῳ*. Hinc duae lectiones. *ἐν τῷ ἔργῳ* & *τὸ ἔργον*. Posteriore proba, quia Latinus & Syrus eam retinent. Quod in historia scholastica, cap. 81. scribitur de ligno crucis, fabula est. Adrichomius in descriptione Ierusalem, putat hic factum ignem fuisse sepulchrum. 2. Machab. 1. 19. Verum id quoque incertum. Puteus enim altus fuit & sine aqua.



§ 3. Paralyticus auctoritate medici sese tuetur, qui enim tam diuturnum sanare morbum potuit, vel interpretari de Sabbato legem, vel in eâ dispensare potuit. Qui enim adeo destitutus erat vsu membrorum, ut ne in aquam se quidem iniicere posset, nunc lectum ferre non ambulare tantum valet, ita Cyrill. lib. 2. in Ioannem cap. 123. Prudentissime, inquit, atq; breuissimè Iudeorum criminaciones repellit. Nam quoniam vsu transgressorem accusabant, non licere dicentes, in Sabbato hac onera ferentem ambulare, ad illum totam rem refert qui sanitatem ei largitus est, & magna quasi voce dicere videtur. Illam potius quam Sabbathum esse honorandum, cui tanta virtus tantæq; gratiæ inest, ut diuturnum hunc morbum, verbo fugauerit. Non enim homo, sed Deus solummodo, rem huiusmodi facere potest. Quomodo enim gratis Deo non est qui mirabili diuinâq; potestate vitur? Ita significantius atq; acerbius in eos oratio fertur.

§ 4. Caluinus ferre onus prohibitum fuisse putat, sed miraculum tantum fuisse, ut negligere oporteret offensionem. Veruntamen non fuisse veram offensionis causam facile constare potest, si consideremus non qualibet onera prohibita, ut dixi. Caluinus tamen non modo Iudæos, sed etiam paralyticum accusat. [Tameñ enim nondum tenebat quisnam esset Christus, persuasus tamen erat, diuinitus missum esse, quia diuinam eius virtutem expertus erat: atq; inde auctoritate præditam esse colligit, ut necessario illi sit parandam. Sed videtur hoc quoq; reprehensione dignum, quòd miraculum à Legis obedientia eum dimouet. Fateor quidem eum non satis firmo argumento niti vel pugnare: bis tamen alij peccant, quòd neque reputant, hoc extraordinarium esse Dei opus, nec iudicium suspendunt donec Prophetam Dei verbo instructum audierint.]

Primum fuit argumentum paralytici: Cur enim tanto miraculo non crederet, certoque statueret, illi obtemperandum, qui morbum annorum triginta octo subito sanasset. Deinde contumaciæ & ingrati tudinis merito accusaretur, si benefactori presenti non pareret. Sanationis autem erat probatio, si onus ferret, ideòq; coniungenda fuit, nec damnare oportebat, qui hoc iusserat inauditum, sed querere quâ potestate inberet ferre lectum, qui tanta potentia sanarat ægrum.

Paralyticus defensio.

§ 5. Non fuisse autem adeo strictam sabbati legem, ut non posset lectum ferre æger, facile ostendo. Nam primò die sabbati pugnare, aliaq; facere necessaria licuit. Imò etiam aggerem struere, hostem impedire, quod fugiebant Iudæi superstitiose apud Iosephum lib. 4. antiq. ei, μη πάθειν ἢν ἡμῶν ἀργεῖν τὰς ἐσδομάδας ἡμέρας οὐκ ἂν ἦν ὁ θὲ καὶ κλινο τῶν σκηνῶν. ἀρχόντας ἢ μάχης ἢ τυπῶνας ἀμυνάσκειν διδοσθὲν ὁ νόμος, ἀλλὰ δεῖται ἀρῶντας τὰς πολεμίας οὐκ εἶναι. ὁ δὲ καὶ ῥωμαῖοι σκινδόντες, καὶ ἐκείνας τὰς ἡμέρας αἷς διὰ σαββατα καλῶντες, ἐπὶ ἐβαλλον τὰς ἰσθμῶν, ἐπὶ εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπλώσαν. χεῖρ δὲ ἐπύργους ἀνίστασαν, καὶ τὰ μηχανήματα προσήεν, ὥστε αὐτοῖς εἰς τὴν ὀπίσθεν ἐνεργῶν τῶν τε εἶναι. Si non in patrio more esset, ut illas hebdomadis dies feri iremur, non fuisset perfectum vallum, illis prohibentibus: Hostes enim cum prælium inchoant, pugnantq;, repellere lex permittit, si aliud faciunt non sint. Cuius gnari Romani illa diebus, quos sabbata dicimus, neq; iaculis, neq; cominus Iudæos aggrediebantur, aggeres duntaxat, & turres erigebant, & machinas adducebant, ut in diem sequente in vniuersis posset.

Neque ista recte faciebant, licet aliquando sancta simplicitate sabbato etiam occiderentur: non enim in necessitate cæremoniam seruari Deus iussit. Deinde Sabbato exercitus pabulabatur, & agricolæ

pecus pascebant, pabulum ferebant, aquarum ducebant, aut aquam ferebant potatutis: Hic verò erat non dissimilis necessitas. Lectum relinquere non tenebatur, nam in turba facile ablatum fuisset, herete etiam eodem loco non oportebat, aut certe non tenebatur. Cur enim iam sanus inter ægros moraretur, nec abiret die Sabbati.

§ 6. Mirantur nonnulli cur Dominus rogarit, an saluus esse veller. Causa est quod inuito beneficia obtrudere noluerit, quemadmodum etiam sanitatem non nisi diligenter attendenti ex aquis dedignostri enim voluntate studiumq; requirit. Athanasius de Passione & cruce Domini. Idèd rogasse, velle ne saluus fieri, ut per fidem gratiam obtinere possit. At veluti medicus quissimam ingrediens ad ægrotos, primum quaerit an veline curari, ne & ipso satagente, & nolente illo, nihil efficiatur curatio, aduersante ægrotato contra medici artem. Ita quoq; Dominus è sanandis percunctatus est, & credentibus gratificatus est, ut per fidem gratiam obtinere possent. Indignum enim voluntatis animæ fides est.

VERSUS 13.

Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constitutus in loco.

QVÆSTIO I.

Cur se Christus non statim indicauit?

§ 1. Noluit Christus se miraculi auctorem ante profiteri, quam omnibus notum redderetur, ut de facto sine respectu personæ indicarent. Propter verbum ἐξέβυσεν, quidam vertunt, peregrinum se fecit, quasi esset à Ἑβραῖοις: Verum aliena est illa interpretatio. Syrus: Iesus autem subduxerat se à turba multa quæ erat in illo loco, vbi Ἰβηνοῖς ἐπιγενεῖς, est subducere se, abire, nihil ad peregrinitatem pertinet. Iun. & Tiem. Euaferat è turba minus redde; nam Syrus habet Ἰβηνοῖς in turba, non autem Ἰβηνοῖς, quod est à turba.

Non est ergo similitudo à natantibus sumpta, sed nutantibus. & tamen pleriq; de natatu interpretantur; cum ἐπιβύσει sit nutare, nutu iubere aut negare, itaque ἐπιβύσει est capite aliorum inclinato discedere, hinc ἐπιβύσει ἐδῶν apud Platonem de lexico viarum.

Postquam igitur cum illo disputatum est, de gabbato non ferendo, nec auctorem posset proferre, Christus eum in templo monuit, ut peccata caueret; atq; ita sese indicauit, ille autem Iudæis.

VERSUS 14.

Postea inuenit eum Iesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

QVÆSTIO I.

An exigat ut ab omni peccato abstineat?

§ 1. Caluinus negat id Christum flagitare: [Quis peccare vetat, non exigat ut ab omni peccato sit immunis, sed comparatio fit superioris vite. Hortatur enim Christus ut posthac respiciat, neque amaneat sui similis.]

Impia est ista & Epicuræa scripturæ deprauatio; omne enim peccatum Christus vetat, nullo proflus

ADAMI
112
+ Evangelii
CVI
11

Cooperati-
oem na-
stram Deo
requirit.

Christus
declinavit

excepto. Si enim aliquod excipimus, peccatum id esse negamus. Si Christus non exigit, vt ab omni peccato sit immunis, nec etiam Deus exigit, quædam igitur peccata Deus permittit, vt sine legis violatione fiant, si non iubet omnibus abstinere. Peccatum omne contra legem Dei est, quamuis minimum. Omne enim peccatum est a voluntate legis transgressio; omne igitur vetatur, alioqui vbi lex non est, nec peccatum est, non tamen ille ob fragilitatem abstinuit.

QVÆSTIO II.

An Christus ostendat fideles posse deficere?

§. 1. **V**Tinam illa verba veterum martyrum spiritus perpendent noni fiduciarum, qui meris blanditijs ac confidentia perdunt animas errantes. Sanus erat iustus etiam factus à Christo, monetur tamen ne iterum peccet, ne deterius aliquid ipsi eueniat, si videlicet perditâ iustitiâ, & à Deo descenderit, maioribus se malis implicet. Hortatur hac de re martyres Cyprianus Epist. 7. ad Rogatianum, &c. Hortamur tamen ne comminam fidem, per peccatoris nostri, veram circa vos simplicem charitatem, vt qui aduersus primam hac congregatione vicissim, gloriam vestram forti & perseveranti virtutere neatis. Adhuc in seculo sumus, adhuc in acie constituti, de vita nostra quotidie dimicamus, danda opera est, vt post hac initia, ad incrementa quoque veniatur, & consummatur in vobis, quod iam rudimentis felicibus esse cepistis. Parum est ad ipsa aliquid potuisse, plus est, quod ad plus esse posse servare, sicut & fides ipsa & veritas salutaria non accepta, sed custodita vivificat. Nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo servat. Dominus hoc magisterio suo docuit dicens: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Puta hoc illum & confessori suo dicere: Ecce confessor factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Salomon denique & Saul, & ceteri multi quamdiu in vijs Domini ambulaverunt, datam sibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab ijs disciplina Dominica, recessit & gratia. Perseverandum nobis est in arcto & in angusto iungere laudis & glorie: & cum quiete & humilitate, & honorum morum tranquillitas Christianis omnibus congruat, secundum Domini vocem, qui neminem alium respicit, nisi humilem, & quietum, & timentem sermones suos, tum magis hoc observare & implere confessoris oportet, qui exemplum facti estis ceteris fratribus, ad quorum mores omnium vita & actus debet prouocari. Quam graphicè fidem Christianorum sanctissimi martyr depingit, cui nemo respondet: iustum me credo, me non posse deficere confido. Sed cum timore salutem operabantur. Et lib. de Discipl. & Habitu Virg. Gortificemus & portemus Deum puro & mundo corpore & observatione meliore, & qui per sanguinem Christi Domini nostri redempti sumus, per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio pareamus, demusque operam, ne quid immundum & profanum templo Dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat, derelinquat. Sospitantis Demini verba sunt & docentis, curantis pariter & monentis: Ecce, inquit, sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat.

§. 2. Cur enim dubium est hominem sanatum, obediætem, etiam templum obeuætem, & orantem iam sanatum & liberum fuisse à peccatis? Si enim in illis hæreret, de penitentiâ admonerentur: nunc solum de cautione in futurum sermo est. Nec enim ob præterita puniendus erat, remissa igitur illa fuerunt; non tamen ex Caluini norma Dominus eum hortatur, nec dicit: omnia remissa, nullum imputabitur, sed si pecces, deterius aliquid conringet, quam id quod annos; §. subtrahit.

Syrus addit מְקַבְּלִים מֵאֵת מֵינִי Menkabim, à principio, vbi subaudiendum est quam, alioqui sensus non est, crediderim ex margine irrepisse. Sed vt ad rem redeam. Paradoxon appellant omnes Remonstrantes in Belgio, cum dicunt eos qui fidem habent, nunquam deficere, & eos qui deficiunt nunquam habuisse. Vide Artic. 5. de perseuerantia, in errore collationum.

Contra impiam horum securitatem clamat Augustin. lib. de fide & operibus: Quantum atinet igitur ad doctrinam salubrem veritatis, ne cuiquam mortiferum peccato perniciosissima securitas detur, vel etiam pestilentiosissima tribuatur auctoritas, iste curationis ordo est, vt baptizandi credant in Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, eo ritu quo Symbolum traditur. & à mortuis operibus agant penitentiam, omniumque se omnino præcitorum remissionem in baptismo acceptos esse non dubitent: non vt peccare liceat, sed vt peccasse non noceat, vt sit facti remissio, non permissio faciendi. Tunc verè dici potest, etiam spiritualiter, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: quod Dominus de corporali sanitate illo dixit, quoniam sciebat ei quem saluum fecerat, meritis peccatorum, illum etiam carnis accidisse languorem. Itaque autem & homini, qui & baptizandus adulter ingreditur, & baptizatus adulter egreditur, miror quomodo dici existiment, Ecce sanus factus es. Quis enim grauis & exitiabilis morbus erit, si adulterium sanitas erit? Prudenter monet S. Basilius Dei iudicium metuendum, ne si misericordia contemnatur, deteriora fiant omnia. ὁ πῦρ τοῦ κατὰ φύσιν κρημάτων Θεοῦ, ἀλλὰ φεβούμενοι, καὶ μὴ τὰς αὐτίμα καὶ τὴν ἀντιπροδοσὸν ἔχον. Moral. Reg. II. cap. I. quod nequaquam committens oportet iudicia Dei potius, maiorem in modum metuere, licet ea confesum debita pena non subsequatur.

Securis as pestilens.

Itaque plurimum eius sententia distat à fiduciariorum.

§. 3. Peccata verò morborum cohortem trahunt. Ioram Rex Iudæ expertus est. 2. Paralip. cap. 21. v. 12. Allata sunt autem ei iuera ab Elia Propheta, in quibus scriptum erat: Hec dicit Dominus Deus David patris tui, quoniam non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asarephat Iudæ, sed inuestisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem Domus Achab; insuper & fratres tuos, domum patris tui, meliores te occidisti: Ecce Dominus percussit te plaga magna cum populo tuo, & filijs & vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua, tu autem egrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediamur vitalia tua paulatim per singulos dies. Grauiora autem supplicia sibi attrahunt illi, qui leuioribus admoniti pœnis non emendantur. Qui enim a peccatis & a peccatis insensati non faciliè percillantur, atrocioribus plagis aut corriguntur, aut conteruntur.

Morbis pœnam non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asarephat Iudæ, sed inuestisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem Domus Achab; insuper & fratres tuos, domum patris tui, meliores te occidisti: Ecce Dominus percussit te plaga magna cum populo tuo, & filijs & vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua, tu autem egrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediamur vitalia tua paulatim per singulos dies. Grauiora autem supplicia sibi attrahunt illi, qui leuioribus admoniti pœnis non emendantur. Qui enim a peccatis & a peccatis insensati non faciliè percillantur, atrocioribus plagis aut corriguntur, aut conteruntur.

Morbi autem corporum vitiatorum animi comitatus sunt, & satellitium, quo miseri stipantur, ne per omnia vitijs seruiant simul etiam futurorum suppliciorum indices, & in reprobis inchoationes quædam, & præludia. Parum enim ab inferis distat, impius & æger.

VERSUS 17.

Jesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor.

QVÆSTIO I.

Quid Pater operetur & Christus?

§. 1. **I**udæi Christum tanquã Sabbati violatoris sanctitatis & religionis simulatione persequebantur. Deū die septimo quieuisse, Christū operari sanando, & opera præcipere sanatis, Calumniam Christum re-

torquet,

Comptat-
oventi no-
stram Deum
requirit.

Christus
etiam

Deus etiam torquet. Deum quidem die septima quiescisse, in-
 terim tamen & illo die & toto insequenti tempore
 operatur operatum; atque etiam operari vsque modo eos dicit.
 Vsq; in diem Sabbati, adeoque ipso die Sabbati. Sy-
 rus *חַדְמָא לְהַשְׁבָּחָא* Chadma lehascha, vsque ad nunc ope-
 rat; hoc est, ad præsens vsque tempus. Quamuis
 enim nouas rerum species non crearet die septimo, ea
 tamen quæ prodixit, conseruat, gubernat, eorum
 actionibus interest, eas ordinat, dirigit, simul opera-
 tur die Sabbati. Nullum enim momentum, quo non
 æterni numeris beneficentiæ atq; energia in res crea-
 tas sese exerat. Cum igitur solem suum oriri faciat,
 super bonos & malos, etiam die Sabbati, nec ab omni
 operum genere cessat, sed tantum verito; ut nec De-
 us die septimo ab omni opere abstinet, sed à nouo
 creando. Se igitur & patrem confert, patrem opera-
 ri, seq; pariter factum esse die Sabbati fatetur, at De-
 us multos sanat, & homines curat etiam iumenta die
 Sabbati. Nec tanti erat laboris, vt non posset graba-
 tum ferre die Sabbati; nec enim hæret ibi eum oport-
 tebat, nec grabatum relinquere.

Nec pluitis erat ferre grabatum, quam pabu-
 lum ferre iumentis, ita Cyrill. lib. 2. cap. 134. Quoniam
 filius eiusdem nature cum patre est, nec aliud præter illum,
 quantum ad identitatem substantiæ pertinet, idcirco alia
 quam pater velit, velle non potest. Ipse enim viuens consilium
 atq; virtus patris subsistens est, ac idcirco vniuersa operatur cum
 patre. Vt igitur iratos sibi propter Sabbatum reconciliaret,
 Pater meus inquit operatur vsq; modo & ego operor. Si credi-
 tis, inquit, nutu & voluntate opificis Dei, Sabbati quoq; die
 omnia gubernari, ac solum quidem viri, fontes fluere, plantas
 & terris promittere, ignem vsui hominum etiam die Sabbati
 feruire, cur temere atque imperiè accusatis eum, per quem o-
 mnia pater operatur: Omnia enim Deus pater non aliter quam
 per virtutem & sapientiam suam, qui filius eius est, peragit:
 propterea, inquit, & ego operor.

§. 2. Quamuis autem hæc verissima sint mihi ta-
 men alio die Christus videtur ad ipsa miracula, quæ
 in probatica exhibebantur. Non enim offendeban-
 tur duraxat lecti gestatione, sed multa morborum
 depullione Sabbati facta. Hinc obseruant an Sab-
 bato curare, hinc ita Archisynagogi, quod Sabbatis
 venientes, vt lanarentur, at Christus se facto patris tu-
 etur, qui misso Angelo sanabat eum, qui primus de-
 scenderat in aquam etiam die Sabbati. Cum igitur
 Dei beneficio non offenderentur, sed in suis festis
 Sabbatisq; grata haberent, pari modo de Christi mi-
 raculis iudicandum erat.

§. 3. A suis operibus feriari homines lex imperat,
 de sacris, & diuinis nihil præcipit: itaque circumci-
 dunt Sabbato, & sacrificant, non violando, sed im-
 plendo legem: multò magis sanitas diuinitus colla-
 ta, opus erat Dei, non hominis: lecti verò gestatio e-
 odem pertinebat, & signum erat, approbatioq; diui-
 nae præsentia, ac beneficentiæ, non opus seruile, lege
 Sabbaticâ prohibitum, vt supra dixi.

§. 4. Firmissimum hoc diuinitatis argumentum
 putat Athanasius de sanctissima nostra Deipara: Si-
 quidem communem eiusdem, & vnius prudentis opera-
 tionisq; pro se ferens, ad hunc modum loquitur. Pater, in-
 quit, vsque dum operatur, & ego operor. Non enim
 per aliam providentiam Pater, per aliam Filius, sed per vnam
 eandemq; substantialem Deitatis efficaciam operatur. Quin
 etiam lib. 3. contra Arrianos ostendit non esse Filium
 creaturam. Ecce enim iam subsistente filio, ipse Pater ope-
 rari conspicitur, vt à Domino nostro dictum fuit: Pater me-
 us vsque nunc operatur, & ego operor. Si igitur se-
 cundum vos idcirco conditus est Filius, vt cetera, vbi ipse iam
 creatus erat, crearet, & Pater tamen post editum Filium ope-
 retur, oculo superuacuaque fuerit Filij istius in verum natu-
 ra introductio. Nam cur aliqui, quum condere hanc re-

rum vniuersis fabricam vellet, mediatorem conquisi-
 set, quasi eius voluntas non satis potens sit ad ea constituen-
 da, quæ ipsi placuerint? quum tamen inquit scriptura:
 Omnia quæ voluit fecit: voluntatem eius quis est
 qui resistit? Ecce tibi voluntatem patrem sufficientemque ad
 vniuersitatis architecturam. Superuacua ergo hæc ita
 mediatoris vsus. Nam illud exemplum vestrum de Moyse, &
 Sole, & Luna, iam ostensum est frivolum esse. Illud quoque
 vos denudè redarguet: si Deus volens creaturam naturam pro-
 ducere, ac super eare deliberans, Filium in eo vsu procrearet,
 pro vestra opinione, vt per eum nos edificaret: ammadorite,
 quam audax sit impietas in vestro verbo: primum quia
 appareret Filium propter nos, non nos propter filium condi-
 tos esse. Non enim, nos eius causa creati fuimus, sed ille
 nostri: adeo vt ipse nobis, non nos illi gratiam debeamus,
 quemadmodum mulier viro. Non enim, inquit scriptura,
 vir creatus est propter mulierem, sed contra, mulier
 propter virum. Et clarius paulò ante: Eram enim, in-
 quit, apud eum omnia concinnans: & Pater meus
 vsque nunc operatur, & ego operor. Illud autem (vt
 quæ nunc) significat eum æternaliter in patre existere.
 Rationis enim (sue verbi proprium est, operari opera Patris, &
 non esse extra eum. Si autem quæ Pater operatur, eadem &
 Filius operatur: & quæ Filius creat, ea sunt Patris crea-
 ta, & tamen Patris Filium, opus creaturamque conferri
 sequitur vt aut ipse seipsum operetur & crea: quantum autem
 quæ operatur Pater, ea sunt & Filij opera, quod ad
 fuerit, & impossibile, aut vt dicitur creat & operatur opera Pa-
 tris, ipse non fuerit opus aut creatura, ne ipse à Deo rem
 cuiusque effectus in rebus creando reperitur idcirco. Quo-
 modo enim: si secundum vos ex non entibus exiit, potest
 non entia: vt entia sint, condere aique architecti. Quæ
 si, quamuis creatura sit creatura, tamen eum condere vellet,
 idem in omnibus rebus creatis intelligendum erit, vt & ipse se
 create possit. Quod si id à vobis admittatur, qui vsus est
 verbi, quum possum inferiora à superioribus procedi: aut
 quomodo singula, quum fuerit in initio rerum autare possi-
 dent vocem Dei. Ad hoc & officiare, si eo modo condemur:
 Sed neque scriptum est neque possibile est. Eorum enim quæ
 creantur, nullum est sui causa efficiens: omnia quidem per
 Verbum effectus sunt, neque illud operatum suum omnia, si
 ipsum ex numero ope um aut rerum conditatum suum esse
 enim vel angeli quicquam creare possent, quibus & ipsi sunt
 creatura, quamuis in diuersa sententia valentibus, Mar-
 tion, & Basilides eant, & vos vna cum ipse, vt affertur creat &
 amulatores.

§. 5. Athanasius in hunc modum lib. 1. contra Ari-
 anos dilertit. Cum enim secundum substantiam Patris,
 Patri sit similis, nullo pacto cordatus esse potest, sed caritate
 permansit, vt ipse quoque prolocutus est. Pater meus etiam
 num operatur, & ego operor, ita quoque homo factus
 & carnem gestans, ne essario creati si riq; dicitur, & omnia
 quæ sunt carnis propria: quantum cunq; Iudais istis cau-
 ponis vnum aq;ue misceant, humilitantes Verbum verbiq;
 Deitatem, dum eam subij. tant is opinio: mien, qua de rebus cre-
 atis concipiuntur.

Arium Christo imputantem ignorantiam, Atha-
 nadius ex conditu rerum refutat, Si enim omnia con-
 didit, exitum ignorare non potest. Filius igitur Dei
 qui omnia cum non essent, ad essentiam produxit & coapta-
 uit inter se elementa ista, qui provident a munitione hacten-
 us regit & gubernat, quemadmodum ipse Dominus locu-
 tus est, Pater meus hucusque operatur, & ego ope-
 ror: ignorat scilicet, quando consummatus sit, quod ipse
 edificat?

§. 6. Quomodo cesset, quomodo operetur Deus,
 explicat Augustinus lib. contra Adimandum capit. 1.
 Manichei enim loca duo committebant, alterum
 veteris, alterum noui testamenti: Deo quod scriptum
 est: Et consummatus Deus die sexto omnia opera sua que
 fecit,

ADAMI
 112
 + Evangelium
 C. VI
 134

Angelus et-
 iam Sabba-
 to sanabat
 in piscina.

Vna patris
 & filij est
 substantia.

Christi

Christi

fecit. Et in spiritu requieuit ab omnibus operibus eiusdem quae fecit. Hinc etiam loco Marichai calumniam mouent & dicunt uelut testamentum aduersari, quod in Genesi scriptum est, Dominus septimo die requieuit ab omnibus operibus suis quae fecit, quoniam Dominus in Euangelio dicit: Pater meus usque nunc operatur. Quod nullo modo contrarium est, Dominus enim Iudeorum refellit errorem, qui putabant Deum sic requieuisse die septimo ut ex illo prorsus operaretur. Requieuit autem ab omnibus operibus suis quae fecit ut iam vltimam non faceret mundum cum omnibus quae in eo sunt: non tamen ut etiam à mundi administratione requiesceret. Non enim scriptum est, requieuit Deus ab omnibus operibus suis, ut deinceps non operaretur, sed scriptum est, Requieuit ab omnibus operibus suis quae fecit: ut deinde non in faciendo mundo, à quo opere post perfectam omnem cessauerat, sed in administrando operaretur, in quo opere eum esse Dominus intinuit. Nec illa requies, quasi post laborem Deum paulatim quassisset, sed ab instituendis rerum naturis post earum veritatem perfectionem cessasse significat, quam usque adhuc in administrandis operatur. Sabbati autem obseruationes non intelligebant Iudaei, qui putabant ab eis etiam operibus, quae ad salutem hominum valent, oportere cessari. Vnde illos Dominus etiam aliis locis de boue qui in putrum cecidit, & iame no, quod soluendum est, ut ad aquam ducatur, mystica comparat one redarguit. Sabbatum autem non repudiatum: sed intellectum à Christianis destitit quidem carnaliter obseruari, sed spiritualiter retinetur à sanctis qui intelligunt vocem Domini vocantis ad requiem, & dicentis: Venite ad me qui laboratis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suauis est, & sarcina mea leuis est.

§. 7. Exploditur etiam eorum error, qui Dei in ream efficientiam concursum negant. Aug. de Genesi ad litteram lib. 5. c. 20. Iam nunc ergo discernamus opera Dei, quae usque nunc operatur, ab illis operibus à quibus in die septimo requieuit. Sunt enim qui arbitrantur tantummodo mandatum ipsum factum à Deo, caetera iam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinauit & iussit, Deum autem ipsum nihil operari. Contra quos profertur illa sententia Domini: Pater meus usque nunc operatur. Et ne quisquam putaret apud se illam aliquid operari, non in hoc mundo: Pater in me manens, inquit, facit opera sua: & sicut Pater suscitatur mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Deinde quia non solum magna atque praecipua, verum etiam ista terrena & extrema ipse operatur, ita dicit Apostolus: Stulte, tu quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Es quod feminas, non corpus quod futurum est, feminas, sed nudum & animum ferè tritici, aut alius cuius caeterorum: Deus autem dat illi corpus quomodo voluerit, & vni cuique feminum proprium corpus.

VERSVS 18.

Propterea ergo magis quarebant eum Iudaei interficere: quia non solum soluebat Sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.

QUESTIO I.

Qua ratione se filium Dei dixerit?

§. 1. Vltimum naturalem, patri aequalem, Filium enim eiusdem cum patre naturae esse necesse est, ut Cyrillus lib. 17. Theof. Ambros. lib. 2. de fide cap. 1. caeterique patres contra Arianos demonstrant.

Syriaca locutio difficilior apparet, eius dialecti ignaro. *אמר אלהים אליו ואלהים אחר* אמר אלהים אליו ואלהים אחר. Illa aph. de. bal elacha abubi abubhi amar haau. Sed etiam quod super Deo, pater suus esset, fuisse dicens. Hoc est, quod de Deo dixisset patrem suum esse, & aequans esset se Deo, nam *אמר אלהים אליו ואלהים אחר* *אמר אלהים אליו ואלהים אחר* *אמר אלהים אליו ואלהים אחר*. Graecus textus significanter habet, *αὐτὸς ἐστὶν ὁ υἱός*, nempe singulari modo filius est natiuus & coequalis, cuius pater ille sit proprius, aeterna generatione, non creatione, quae ratione est communis omnium pater.

Filius patri aequalis

§. 2. Dupliciter interpretantur sententiam de aequalitate Dei. Quidam enim Ioannis Euangelista verba esse arbitrantur, quod si sequamur iniunctum argumentum contra Iudaeos & Arianos suppeditatur de filij & patris aequalitate. Sic Athanasius & Chrysostomus interpretantur. Non dixit dicens sed faciens, non enim verbotenus sed frequentius operibus se Deo aequalem ostenderit. Sic etiam Hilarius lib. 7. de Trinit. Non nunc Iudeorum sermo inquit ab his dictis refertur, expositio potius haec Euangelista est, causam demonstrans cur Dominum interficere Iudaei vellent.

Atque ita reuera est. Nam Ioannes ait eum se Deo aequalem fecisse, non dicit Iudeos questos esse. Quod si in Iudeorum personam locutus fuisset, eosque errate iudicasset, hoc ipsum monuisset: ita Augustinus & Chrysostomus. Si enim aliter sensisset inquit Chrysostomus, sed Iudaei sic perperam intellexissent, falsam correxissent opinionem, neque id Euangelista silentio praetermisisset. Vt cum videret verba illa: Soluite templum hoc, & in tribus diebus ex isto aedificabitur, aliter à Christo dicta, hoc est, hac carne sua, aliter à Iudeis intellecta, de suo videlicet templo, illorum corrigens susceptionem Euangelista subiunxit; Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Hilarius: Respondens enim Dominus ad Iudeos, quod eum interficere ob hoc magis vellent, quia patrem suum dicens Deum aequalem se Deo fecisset: omne sacramentum fidei nostra, dum impijs eorum motibus contradicit, exposuit. Dixit enim superius, cum paralytico curato violati Sabbati reus, etiam mortis iudicio constitueretur: Pater meus usque adhuc operatur, & ego operor. Et hinc omnis accendebatur inuidia, quod se Deo exaequasset, patris nominis usurpatione. Volens itaque & naturam suam confirmare, & naturam virtutem profiteri, ait: Non potest quicquam à se facere filius, nisi quod viderit patrem facientem. Exordium responsionis, aduersus Iudeorum impium motum, per quem usque ad voluntatem inferendae mortis exagitabantur, aptatum est. Nam ad violati Sabbati obiectum sibi reatum dixerat: Pater meus usque adhuc operatur, & ego operor: ut usurpasse hoc ex auctoritate intelligeretur exempli, significans tamen hoc quod ipse ageret, patris esse opus intelligentium, qui ipse in se operaretur operante. Quo ostendit ex opere eodem, eandem naturam. Et Augustinus etiam Arianos merito reprehendit tractat. 17. in Ioan. Ecce intelligunt Iudaei, quod non intelligunt Arianus. Arianus quippe inaequalem patri filium dicit, & inde heresis pulsatur Ecclesiam. Ecce ipsi caci, ipsi interfectores Christi intellexerunt tamen verba Christi: Non eum intellexerunt esse Christum, nec eum intellexerunt filium Dei: sed tamen intellexerunt in illis verbis, quia talis commendaretur filius Dei, qui aequalis esset Deo. Quis erat, nesciebant: talem tamen predicari agnoscebant, quia patrem suum dicebant Deum, aequalem se faciens Deo. Non erat ergo aequalis Deo? Non ipse se faciebat aequalem, sed ille illum genuerat aequalem. Si seipsum faceret aequalem Deo, caderet per rapinam. Qui enim se voluit aequalem facere Deo cum non esset, cecidit, & ex Angelo factus est Diabolus: & hanc superbiam homini propinquit, vnde ipse dicitur est.

§. 3. Porro quod ait à se facere: duos potest habere sensus. Suam virtute facere & solam suam voluntate sine patris

Quomodo
Christus à
se facit ni-
hil.

patris consensu. Priore modo rectè interpretabi-
mur, si de humanâ naturâ sermo sit, illa enim à se non
facit. Posteriore si de personâ Filij: illa enim suâ qui-
dem virtute, sed non sine voluntate & consensu pa-
tris facit. Veruntamen de consensu & voluntate pa-
tris & filij accipiendum docet versus sequens. Cau-
sam enim reddit, cur suâ voluntate nihil facere pos-
sit, quia pater diligit filium.

Priorem tamen sensum etiam verum esse fides do-
cet; quia opeta Patris & Filij, sunt inseparabilia: &
consensu ita docent patres.

§. 4. In hõrum verborum depravatione valde se
olim Arianii actarunt. Filius, inquit, nihil facere
potest, nisi quod viderit Patrem facientem, à patre
ergo officium suum tanquam discipulus addiscit, à
patre dependet, cuius scientia instruitur, eiusdem et-
iam potentia pollet, ab eodem enim notitia & vis re-
rum efficiendarum. Ita que & monstrari filio quæ fa-
cienda sunt à patre contendunt.

Nihil filius
potest agere
sine patre.

Arianis igitur variè respondent Nazianzenus &
Cyrillus, idè filium non posse facere, nisi quod pa-
trem viderit facientem, quia sit vna scientia, vna po-
tentia patris & filij. Non posse agere, quæ pater non
agit, non posse mentiri, non posse negare seipsum.
Ariani Christum & peccare & mentiri posse conce-
debant, quâ impietate totam religionem prodebant.
Cyrillus in hunc modum respondet, lib. 2. Nemo au-
tem turbetur, inquit, quoniam filius nihil se facere posse
ait, nisi quod viderit patrem facientem. Nam quia serui for-
mam assumpsit propterea dispensando ita loquitur, vt Deum
& hominem simul deceat. Et hæc quidem ratio vera est.
Ille vero etiam acutior. Cum enim dicitur filium non posse
quicquam à se facere, non imbecillitatem aliquam filius sibi
tribuit, vt si quis dixerit, non posse decem semilia pondus hu-
meru ferre, sed est alia quoque istius verbi potestas. Stabilem
enim operationem naturæ, quæ aliter se habere non potest, non-
nunquam significat: vt si rationalis quidem homo ex homi-
ne rationali se. undum naturam natus, non posse diceret quæ
proprium quicquam à seipso naturaliter facere, quod natu-
ræ patris inesse non videat. Hoc igitur modo nihil à seipso fi-
lius facere potest, nisi quod viderit patrem facientem. Nolite
igitur filij opera carpere, qui non aliud facere potest quàm id
quod substantia patris similiter facit. Verbi gratia, si mise-
ricors est natura patris, filius quoque, qui ex eo est, miseri-
cors naturaliter est, nec potest se habere aliter, quàm habeat
pater. Vt enim à patre substantiam habeat, sic substantia
quoque bona, simpliciter & procul ab omni compositione, vt
Deus habet. Quod autem hic sensus integerrimus sit, ipse de-
clarans mox subiicit, Quæcumque enim ille fecerit, hæc & fi-
lius similiter facit. Et mox, Quoniam, inquit, semper etiam
in Sabbato misericordiam esse patrem video, idè etiam ego in
Sabbato misericordiam præsto. Non enim possum substan-
tiam patris commutare, cum vnum atque idem cum patre se-
cundum naturam sim. Quare vt ab ipso sum, ita omnia quæ
ipse peragit, facio.

Christus
Deus.

Potentiam igitur negat sibi, sed aliundè accep-
tam docet. Nazianzenus, Ambros. noster Valent.
de Vnit. & Trinitat. Dei. Nazianzenus scitè in Ari-
anos argumentum retorquet. Si enim Christus vera
creatura est, non Deus, potest aliquid à se facere, vi-
delicet apostatæ à Deo. Hoc cum non possit, De-
um esse consequitur.

§. 5. Arianos causam cepisse contra Orthodoxos
etiam queritur Augustinus Tract. 18. in Ioan. Videtis
quia Dominus Iesus cum animaduertet Iudeos ex hoc moue-
ri quod patri Deo aequalem se faceret, talia verba subiunxit,
vt se aequalem non esse monstraret. Mouebantur enim Iudæi
autem, aduersus Christum, quia aequalem se faciebat Deo, &
volens eos corrigere ab hoc motu Christus, & eum demonstrare
filium non esse aequalem patri, id est, aequalem Deo, ait, quasi
dicens? Quid irascimini? Quid indignamini? Non sum æ-

qualis, quia non potest filius à se facere quicquam, nisi quod
viderit patrem facientem. Qui enim non potest, inquit, fa-
cere à se quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: vi-
minor est, non aqualis.

Respondet ille non esse duos quasi fabros conti-
tuendos, quorum alter alterum doceat suam artem,
magister discipulum, filium pater. Non enim Ver-
bum attendere, vt faciat, quod facit pater. Nam om-
nia per Verbum fecit pater, & dicitur quæcumque
pater facit, eadem filium facere, non igitur videt vt
discat: nam cor nostrum literas facit & manus, sed nõ
similiter; at filius & pater similiter. Tract. 21. expo-
nit. Sic ergo de monstrat pater rem quam fecit filio, vt in pa-
tre videat omnia filius, & in patre sit omnia filius. Videndo
enim natus est, & nascendo videt. Sed non aliquando non
erat natus, & postea natus est. Sicut non aliquando non
vidit, & postea vidit: sed in eo quod est illi videre, in eo est illi esse, in
eo est illi natum esse, in eo est illi permanere, in eo est illi non
mutari, in eo est illi sine initio & sine fine persistere. Non ergo
carnaliter accipiamus, quia sedet pater & facit opus, & de-
monstrat filio: & videt filius opus quod pater facit, & facit il-
lud in alio loco, aut de alia materia. Omnia enim per ipsum
facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

§. 6. Constat sanè, filium quædam facere quæ an-
teâ patrem facientem non viderat; Mundum enim
creauit, nam mundus per ipsum factus est, nec ta-
men antea fieri mundum à patre viderat. Quæ de
re August. Athanas. Chrysostom. Augustinus porò
operosus est, vt ostendat, quomodo viderit, nempe
ab æterno, sicut & fecit, nullum enim tempus fuit, quo
non vidit. Non posse facere, nisi quod viderit idè
dictum putant, vt ostendat se alium à patre quem vi-
deret agentem. Atq; hæc propria causa est, cur ita Do-
minus loquatur.

Quod si de Christo homine totum locum expo-
namus, calumniæ occasionem præcedimus; ita De-
uerus Antiochenus, alijque. Quamuis enim Chri-
stus quo Deus faceret signa, operationis tamen instru-
mentum erat humanitas.

Quia tamen SS. Patres & priuatim & publicè prio-
rem expositionem contra Arianos defendentur, idq;
tot sæculis, non est ab eâ recedendum.

§. 7. Beza miserè arguetur in particula nisi:
[Sed maior hic oritur scrupulus. Ea enim est natura
particulæ Nisi, vt si conditionem ponas quam tollis,
simul totū præcedens membrū vel ponatur, si negetur,
vel tollatur si affirmet. Nā si dicas, nemo venit ad me
nisi pater meus traxerit eum, consequitur, aliquos ve-
nire si pater eos traxerit, imò vt domnes quos traxerit,
vt explicat disertè Christus infra 6. 37. & 45. Item
si dicas, Mors manet super omnes, nisi Christo credi-
derint, efficitur mortem non manere super quem
quam qui crediderit. Sic igitur hoc loco, si ita hæc
conueras, Filius non potest à seipso quicquam face-
cere, nisi quod (vel nisi quod) viderit Patrem facien-
tem. videbitur consequi, Filium à seipso facere quod
vidit patrem facientem. Sunt autem hæc inter se
contraria ex diametro, vt simul consistere non pos-
sint. Quid si igitur dicamus particulam Nisi non
constituere totum membrum præcedens, sed eius
priorem partem duntaxat? vt si argumenta ionem
ita neq; as, Filius non potest à seipso quicquam face-
re, nisi quod prius viderit patrem facientem. Ergo
Filius facit id, quod facientem patrem viderit: nem-
pe vt illud à seipso non repetatur in conclusio-
ne contraria. Sed hoc planè durum est. Relinqui-
tur ergo totum illud, Nisi quod videt patrem
facientem, non esse partem propositionis alicuius
hypotheticæ, sed potius exegetis & interpretatio-
nem eius quod dixerat *αὐτὸς ἐαυτοῦ*, id est, à seipso. Itaq;
vt planior esset sententia, alioquin difficilis & impe-
dit,

dicta, non dubitari particulam exequere, sed cum præferim viderem, passim eiuſmodi ellipses inueniri, vt infra, vers. 30. & 6. 27. & 7. 4.]

Totus error est in vſu Grammaticæ, non enim quivnam negat mox a terum affirmat. Non enim sequitur: Non faciam meo sol us arbitratu, nisi iusseris; igitur, si iusseris, faciam meo arbitratu. Se qui illud quidem videtur: Nemo potest venire ad me nisi Pater traxerit illum, ergo quos ille traxerit, veniunt. at non ex formali consequentia, sed quia efficaci manu Dei tractus infallibili veltigio trahentē sequitur. Verum igitur consequens naturā suā, non quia positum est antecedens. Eadem enim formā non concludes in alia materia. Vt si dicas: Nemo confulerit, nisi natus annos quadraginta; qui igitur natus erit annos quadraginta, cōsul erit, ridebunt puerilem sophist. cen omnia ouilia. Quid cum dicitur amici iam nisi inter similes esse nō posse, an idēd non multi simillimi sunt inimici? an si durū, aliud loqui non potero, nisi quod Dominus iusserit, Num. 22. v. 28. indēd ducit rudis sophista, Ergo si iusserit, aliud loqui potero? S. ci. Reg. 21. 6. non sunt hic panes nisi tantum propositionis. An videbitur sequi, si sint panes propositionis esse etiam alios panes? Et Reg. 22. 6. cum Rex impius Prophetam adiurat, venon loquatur nisi verum in nomine Domini. an indēd consequetur, si verum ille loquatur etiam mendacium locuturum? Verum hæc indigna sunt interpretis, & ruditatis argumenta.

QVÆSTIO II.

An filius omnia similiter faciat, quæ facit Pater?

§. 1. **P**robatio præcedentis sententiæ sensum illius facit manifestum. Omnia quæ facit Pater similiter etiam filius facit, idēd non potest filius facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Hæc argumentatio vt conuincat aduersarios: necesse est, constitutere naturam, & potentiam Patris indiuisam Patris & filii. Nisi enim sensus ille sit: Quæcumq; Pater facit eadem omnia similiter, hoc est, eadēd diuina potentia filius facit, non loquitur, non posse a iud facere, nisi quod Patrem viderit facientem. Potest enim deficere & peccare, quod non vidit in Patre.

VERSVS 20. & 22.

Pater enim diligit filium & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.

QVÆSTIO I.

Quomodo Pater filio monstrat opera?

§. 1. **D**e filio qua homo est, pleriq; hunc locum interpretantur: homini enim demonstrat & imperitur sua munera. Causam vero reddit: Illam amat vt caput Ecclesiæ. Non ergo summum est, quod in Paralytico factum est: Hoc enim contemnebant, & calumniabantur: alia adēd splendida futura dicit, vt quamuis oderint, inuideantque, tamen ad diuinæ maiestatis lucem in factis suis resurgentem in stuporem sint trahenda. Augustinus difficilem quæstionem esse iudicat; Esse aliquid apud Patrem, quod

Adami Con. en in Euang. Tom. 11.

non est demonstratum filio. Docet verō ille demonstrare filio; hoc est, nobis tractat. 21. quia nos membra eius sumus. Sed quando ea Pater demonstraturus est filio? Nescit enim ea filius? Et ille qui loquebatur, non nouerat mortuos suscitare? Adhuc habebat discere resuscitare mortuos, per quem facta sunt omnia? Qui fecit vt viuereamus, qui non eramus, adhuc habebat discere vt resuscitaremur: Qui dicit quod vult dicere? Descendit enim ad nos, & qui paulō ante loquebatur vt Deus, cepit loqui vt homo: Ipse est tamen homo qui Deus; quia Deus factus est homo: sed factus quod non erat, non amittens quod erat. Ergo accessit homo Deo; vt esset homo qui erat Deus: non vt iam homo esset & non esset Deus. Audiamus ergo eum & (vt) fratrem, qui audiebamus conditorem. Conditorem, quia verbum in principio: fratrem quia natum ex Virgine Maria. Conditorem ante Abraham, ante Adam, ante omnia corporalia & spiritualia: fratrem autem ex semine Abrahæ, & tribu Iudæ, ex virgine Israeliica. Si ergo nouimus hunc qui nobis loquitur, & Deum & hominem, intelligamus verba Dei & hominis: aliquando enim talia nobis dicit quæ pertinent ad maiestatem, aliquando quæ pertinent ad humilitatem. Ipse enim excelsus, qui humiles facit excelsos. Quid ergo ait? Demonstrabit mihi Pater hæc maiora, vt vos miremini. Ergo nobis est demonstraturus, non illi. Cum ergo nobis sit demonstraturus Pater: propterea dixit, vt vos miremini. Exposuit enim quod vult dicere, demonstrabit mihi Pater. Quare non dixit, demonstrabit vobis Pater, sed demonstrabit filio? Quia & nos membra sumus filij: & nos membra tanquam quod dicimus, ipse dicit quodammodo in membra sua. Quomodo dicit in nobis? quomodo patitur in nobis? vnde scimus quia patitur in nobis?

Pater filio vt homini monstrat opera.

§. 2. Patrem maiora opera demonstraturum prædixerat. Vnum ex his nominare eum putant interpretes, nempe mortuorum resuscitationem, quod magnum est diuinitatis indicium. Ratio huius interpretationis est, quod nondum hoc tempore vllum à Christo mortuum excitatum arbitrentur. tres enim qui ab eo excitati sunt; post hoc tempus excitati sunt.

Verumtamen commodior mihi connexio videtur: vt dicamus; Christum probare, Patrem filio maiora opera demonstraturum, ita vt admirari sint. Hoc autem probat futurum: Quia filius viuificat quos vult, suscit enim à mortuis quæ admodum Pater: Dominus itaque vitæ & mortis est. Itaque iam tum inter ea miracula quæ fecit Ierosolymis, quibus multi adducti crediderunt, & imprimis Nicodemus, etiam mortuorum resuscitationem numero. Nec obstat à Ioanne non recenseri, nullius enim miraculi, nisi generatim meminit. Ratio in confesso est. Non enim coram inimicis & calumniatoribus se viuificare quos velit, assereret, si nullum ad vitam reuocasset, quem admodum nec Patrem diceret à mortuis suscitare, si neminem Deus à mortuis suscitasset; solet enim Christus ex factis auctoritatem suam, non ex promissionibus firmare. Demonstrat autem illi Pater sicut filius videt. Videt ille nascendo, monstrat ille generando, seu dicendo. Monstrat enim communicando scientiam, cui communicat essentiam. Monstrat etiam humanitati, supra omnes creaturas intellectum illuminando.

Mortuorum resuscitatio inter opera admiranda est precipuum.

§. 3. Summam verō potestatem & Patris omnipotentia æqualem sibi sumit, cum dicit, se viuificare quos vult, non oratione aut intercessione, sed solo voluntatis arbitrio. Sicut enim Pater omnipotentē voluntate, ita & filius omnipotentē voluntate suscitāt à mortuis: ita Chryso-stomus.

QVÆSTIO II.

An Pater neminem iudicet?

§. 1. **C**ausalis particula enim significat probari id quod præcessit. Nempè filium viuificare quos vult, & quod huic correspondet, mortificare quos vult; Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui verò iudex constitutus est, in omnes, vitæ necisque habet potestatem.

Omnia omnino filio concessa hoc ipso significat, quod ne Pater quidem iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.

Maiestatis supremum opus est iudicare: cætera enim communia subditis esse possunt, summum imperii fastigium in tribunali ponitur; filius ergo cum iudicat, Deus est.

Eleganter & Theologicè Cyrillus cap. 140. Aliud quoddam diuinum & præcipuum affert argumentum, quo se naturâ & verè Deum esse ostendit. Cui enim orbem terrarum alij iudicare conuenit quam soli Deo? quem solum ad iudicandam diuina Scriptura vocat, dicens. Exurge Deus iudica terram. Et rursus, Quoniam Deus iudex est, alium humiliat, & alium exaltat. Datum autem sibi à Patre ait iudicium, non quia potestatem hanc ipsa natura non habeat, sed per dispensationem, vt homo, in diuina potestate sita esse docet vniuersa. Quare in quantum quidem verbum Dei & Deus est, hanc potestatem naturaliter habet, in quantum autem homo factus est (quoniam ad hominem dicitur, Quid enim habes quod non accepisti?) accepisse hanc se potestatem aperte proficitur.

§. 4. De potestate iudicandi intelligendum est tali aut exercitio potestatis quæ Christo conuenit, non autem Patri. Non igitur de potestate, quam accepit filius per æternam generationem, accipiendum est. Hæc est enim eadem numero non potestate Patris. Etractio iudicandi, quæ filius iudicat, etiam Patris est. Christus verò cum iudicat secundum humanitatem, ita vt voce sonora sententiam animo conceptam exprimat, iudicat quidem, sed ad eam actionem etiam SS. Trinitas concurrens, & iudicat. Itaque dicendum est: Christum hominibus corporatis corpore apparitum esse, cum enim iudicem suum cognoscere & videre oporteat, etiam eos qui damnentur nec Deum tamen visuri sint, Christus spectabilis iudex pro tribunali sedens eos condemnabit à sinistris collocatos. Alio enim omni modo Pater iudicat, hoc modo visibili non iudicabit, sed iudicium filio dedit.

Huc pertinet quod alij volunt Patrem non abdicare se imperio, sed Christum solummodo monere, non eo modo gubernare mundum, quo illi putabant, quasi à filio separatus esset, cum non nisi per filium in carne manifestatum omnia gubernet, ac iudicet.

Augustinus etiam de forma aspectabili iudicis intelligit. Omnino est quidam intellectus verus, fortis, si quo modo eum tenere possumus, quia Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Hoc enim dictum est, quia hominibus in iudicio non apparebit nisi filius. Pater occultus erit, filius manifestus. In quo erit filius manifestus? In forma qua ascendit. Nam in forma Dei cum Patre occultus est, in forma serui hominibus manifestus. Non ergo Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, sed manifestum. In quo manifesto iudicio filius iudicabit, quia ipse iudicandus apparebit. Evidentius nobis ostendit Scriptura, quia ipse apparebit.

§. 5. Iudicium porrò Pater dedit filio, vni genitum generando: hoc enim ipso, quod ab æterno genitus est, iudex est omnium. Sed eo tamen modo Pater non dicitur nullum iudicare: cum indiuisa sint per-

sonarum effectiones. Alio igitur modo iudicium dedit filio hominis, vt tanquam homo sententiam pronuntiando homines iudicaret, vt Augustinus lib. 1. de Trin. cap. 13.

Pari modo de æqualitate dicendum est; qui enim filium non honorat sicut Patrem, ille Patrem negat esse, qui filium æqualem non potest gignere. Quod circa neque illi credit dicenti: *Hic est filius meus dilectus.*

Magna autem iniuria est æternæ veritati non credere. Nullus igitur Dei legitimus est cultus, nisi qui est citra filium. Patres obscurius, nos clarius eundem cognoscimus, neutris tamen sine filio contingit salus.

§. 6. Sic obiciunt Ariani apud Athanasium libro quarto. Si erat ipse, vt dicitur natura filius, nulla fuit illi necessitas accipiendi, sed iam habebat ex natura, nec laborabat eius rei indigentia vt potest filius, aut quomodo ille fieri vera de naturalis potestas Patris, qui sub tempore passionis hac verba usurpauit?

Cui respondet: generando dedisse, & vt homini, quæ infirmitates nostras suscepit. Non autem contemnit eum non habuisse aliquando, sic demonstrat: si enim vnus esset ex numero vniuersitatis, nequaquam vniuersitatis fuisset hæres: sed & quisque accepisset pro libito, & Pater dedisset. Nunc cum ipse omnia accipiat, alius est diuisusque ab omnibus, & solus proprius sui Patris. Quod autem ille voces (datum est) & (traditum est) nusquam ostendunt filium aliquando non possedisse, licitum est ex simili dictum in vniuersum hoc ipsum proficere: Ait enim Saluator: Quomodo Pater habet vitam in semetipso: ita quoque Filius dedit vitam habere in semetipso. Nam ex hac voce (dedit) iudicat sese Patrem non esse: ex isto autem dicto (ita) Filij similitudinem proprietatemque cum Patre significat. Si igitur aliquando fuisset, cum Pater non haberet: certum est etiam fuisse, cum filius non haberet. Quod si impium dictum est, primum autem illud, Patrem semper habuisse, qui, quæso, non absurdum, dicente filio, vt Pater habet, ita & filium habere, ipsi dicere, non ita ipsum habere, sed aliter?

VERSUS 23.

Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificauit Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat eum, qui misit illum.

QVÆSTIO I.

Cur, qui filium non honorificat, nec etiam Patrem honorificat?

§. 1. **A**ugustinus Tractat. 19. in Ioannem. Non negligit; etsi enim Deum, omnipotentem, immensum fateatur, & colat: Patris tamen honore eum priuat, cuius nullum filium agnoscit. Verba Augustini hæc sunt: Quicquid enim aliorum nominum Deo tribuimus facit, quam si per sonarum distinctionem, & æqualitatem agnoscat. Summus enim honor est esse Patrem filij, qui Deus sit immensus, & summus honor filium esse Dei immensi, & Spiritus sancti, qui etiam Deus est principium esse.



De externa
forma iudicij
est sermo.

VERSVS 24.

Amen, amen dico vobis, qui verbum meum audit & credit ei, qui misit, me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam.

QVÆSTIO I.

Quis affectus credentium?

§. 1. **Q**ui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam aeternam. Non dicit, mihi credit, quamvis & illud lubaudiendum est, sed credit Patri, seu ei, qui misit, credendo enim filio creditur Patri. Hunc aut non iudicari, hoc est, condemnari.

§. 2. *Transiit* præterito legendum est, non futuro. Græcè est *ἔειπεν*, Syria. è præterito tempore *ἔειπεν* *transiens*, seu *transit*. Absurdissimè Bullingerus contra Purgatorium ex his verbis disputat. Nam vllam moram esse negat. [In præterito itaque vita vivificatur animæ noit æ, ita vt protinus à morte peccatorum in fide incipiunt vivere. Rursus à morte corporea euelligio transiunt animæ nostræ ad vitam, ad ipsam Christum, qui vita est, ac in regno Patris residens illuc ad se trahit quorquot in ipsius fiducia è viuis excedunt. Neque hic quoque vlla interponitur remora, nullus locus intermedius, quem finxerunt è suis somniis Papiæ, purgatorii ignem appellantes. Veritas quæ mentiri nescit & statum atque conditionem futuræ vitæ optimè nouit, simpliciter pronunciat animas fidelium non venire in vllum iudicium siue tormentum, nec hoc dixisse contenta, amplius & significantius appendit, sed transiit à morte in vitam; à mortem nimirum corporea in vitam aeternam, quod Germanicè appellamus, von Mund auff zu Himmel *fabren*.]

Atqui sanè de vita quæ per iustificationem acquiritur facilè res intelligitur. Cum primum vera viua, fides per charitatem operans animo infunditur, sine mora à morte ad vitam, hoc est, ab iniustitia ad iustitiam transit. Cum verò ea, quæ de iustitia dicitur, ad mortem corporalem applicantur, id praua errantes interpretatione non Scripturæ testimonio fit. animæ fidelium non veniunt in iudicium, aut tormentum æternum, sed aliquando incidunt in castigationem paternam. Quod in hac vita ipsa quotidie fieri videmus. Calviniani se omnes Iustos, omnes, de morte peccati transisse ad vitam censent. Ipse Bullingerus: [Quid, inquit, est iudicium? Iudicium est sententia prolata contra aliquem, condemnatio ipsa, afflictio item, pœna atque tormentum. Non venit in iudicium, qui absolutus à pœna & culpa, securus apud se gaudet, & conuiescit, neque vlli subiicitur: pœnæ, non affligitur, neque vlla tormenta animæ patitur.]

Nunc de hiscè ergo Bullingerum iudicemus. Si nulla pœna superest, Zwinglianis fiduciaris, cur toties ergo ipsos diuina vindicta pereclit? Ipse supra citat verba Pauli I. Corinth. 11. cum corripimur à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. [Punit, inquit, Deus calamitate aliqua peccatores, qui tamen verbis castigati resipiunt, & veniam ac maliberationem consequuntur: at illi ipsi mox calamitatis præteritæ veluti obliuiterunt consuetam

corruptionem & iniquitatem: adest ergo Deus vltor & nunc grauius aliquod irrogat supplicium quam prius intulerat.]

Ecce qui resipiunt & veniam consequuntur, hoc est credunt, iterum peccant, iterum puniuntur. Cur igitur contra omnium sæculorum experientiam promittit semel credentibus impunitatem; quomodo igitur nihil timendum credentibus? Nam possunt iterum de vita iustitiæ transire ad mortem peccati. Fruololum itaq; est quod hac ex sententia, eos qui in peccatis venialibus moriuntur, mox sine expiatione cœlo inferat.

§. 3. Calvinus hic dum orthodoxos calumniatur, suos ac se euerit. [Hic modus, inquit, & ratio honoris exprimitur, nequis in externo duntaxat aliquo ritu & fruolis ceremoniis situm esse putet. Nam Euangeli doctrina Christo instar sceptri est, quo fides sibi à Patre subiectos regit. Atque hæc definitio in primis notatu digna est. Nihil magis tritum est, quam falsa Christianismi professio. nam & Papiæ, qui infensissimi sunt Christi hostes plusquam audacter tamen eius nomine superbiunt, sed hic Christus non alium à nobis honorem exigit quam vt Euangelio suo obediamus. Vnde sequitur quicquid honoris Christo deferunt hypocritæ, predictorium esse Iudæ otulum. Vt centies Regem ipsum nuncupent, regno tamen & omni potestate spoliant, dum fidem non habent Euangelio.]

Atqui nos audacter, & verè in Christi nomine gloriamur, Euangelio fidem habemus, pro singulis illius apicibus mortem obire parati. Multo iustius eorum insanam gloriationem ridebimus, qui hinc tu gentes animos quasi in cœlo inferri gerunt.

Quod si solam Euangelii obedientiam exigit, isque vnicus & solus est Christi, longissime ab eo recedunt, qui negant posse obedire se Euangelio; quod faciunt Calviniani omnes. Obedire enim Euangelio non est tantum credere, sed legi dominicæ obtemperare.

Caluiniani ab Euangelio recedunt.

§. 4. Calvinus liberum arbitrium hominibus tantum mortuis negat. [Papiæ cum liberum suum arbitrium erigere volunt, homini Samaritano comparant, quem seminiuum latrones in via reliquerunt. Quasi verò allegoriæ fumo obscurare claram sententiam liceat, quæ nos Christus morti planè addidit. Et sanè cum post primi hominis defectum alienati à Deo simus per peccatum, quicumque se aeterno interitu oppressos non agnoscent nihil aliud quam se decipiunt inanibus blanditiis.]

De Samaritano suo loco dixi, cauillo præterito facile respondeo: locum de morte corporali, & resurrectione corporum propriè intelligi. Quocirca hoc telum imbelles est.

§. 5. Quod verò etiam hic de solâ fide & certitudine salutis nugantur impostores, & irritos simplicium, id iam aliis in locis solum. Vt tamen lector videat quid ipsi inter se controuertentes sentiant, pauca dicam. Nam Greuinhonius in dissertatione de prædestinatione ex fide præuisa, ita habet:

[Dixi electionem ex fide præuisa includere perseverantiam in fide: tu hunc regeris, hoc pugnare cum nostro principio, quo statuimus fideles adæquatam obiectum electionis: Nisi ad solem ipsum excurrere velles nunquam tu hoc nobis regeffisses: quid enim à me dici potuit apertius, quam quod dixi, quoties fideles statuimus obiectum electionis, toties nos ad vitam ad vtramque gratiam, ad primam scilicet & vltimam, hoc est, fidem & perseverantiam in fide coniungere: atque hoc nobis, duce Christo, in parte reputamus: Ioan. 3. 36. Qui credit in filium, habet vitam aeternam: hoc est, qui credit in fide perseverans: hoc

Qui credit in fide perseverans, electus est.

hoc enim exigit antithesis, Qui verò non credit filio, non videbit vitam: neque enim, opinor, electos ipsos ob tempora iam incredulitatem condemnabis: Eiusdem exegericon est illud Matth. 24. Qui sustinerit ad finem, salvabitur: & istud Pauli, Cuius domus nos sumus; si modo fiduciam & spem illam, de qua gloriamur, ad finem usque firmam retinuerimus. Et Coloss. 1. 23. & 2. 6. 8. Non ergo nobis ipsis aduersamur, quando cum Scriptura fideles denominamus ab ea fide, quæ totum fidei apotelema, initium, progressum & finem ambitu suo comprehendit:

Istos verò hostes, quamobrem potius de cetero prædestinationis obiciamus, quæ proskairous, si tu nondum vides, quod ais, age mox faxo ut videas: Vt ergo salus dupliciter consideratur, vel ut incompleta, in gratia iustificationis, adoptionis, &c. quoad statum præsentem, Cuius respectu Iusti passim vocantur Beati, Salui, &c. Velut completa, in beatifica visione Dei à facie ad faciem: sic quoque in Scripturis dupliciter dicuntur Electi, 1. Incomplete, secundum statum præsentem, quæ tales, puta fideles hoc tempore, excepto ultimo vitæ termino, in quo 2. Electio completur:]

Vnicum hoc: qui credit in fide perseverans, salvabitur: omnium aduersariorum tela retundit.

VERSUS 25.

Amen, amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint vivent.

QUESTIO I.

An iam hora sit qua mortui audiunt vocem filij Dei?

§. 1. **S** Augustinus, Beda, de mortuis in peccando, & suscitatis iustificando exponunt; Cyrillus, Theophylactus, Leontius de morte corporis interpretantur.

Præsertim institutum est, ut confirmet suam in iudicando & vivificando auctoritatem. Iam *ἐπεταυ*, venit hora, imo iam adest, quæ mortui vocem filii iuscitantis audiant, & vivant. Iam enim aliquos suscitavit, ut est credibile, & mox suscitatus erat. Cum ergo mortui audiant vocem filii Dei, de eius potentia dubitare, vos non debetis. Hic literalis sensus est, cum verò corporum resuscitatio animarum iustificarum sit insigne Symbolum, nihil prohibet etiam de hac re mystice intelligi. Nec textus repugnat. Mortui enim vocem audiunt, & audiendo resurgunt. Ratio cur de vera morte agi purem, est ex verl. 28. vbi dicit eos qui in monumentis sunt, vbi de mortuorum propria resurrectione loquitur.

Quod si verò etiam de morte spiritali intelligamus, non modo liberum non tollit arbitrium, sed etiam asserit. Agnoscat hoc ipsum Caluinus: [Fateor quidem in hominis anima aliquid manere vitæ residuum (nam & intelligentia & voluntas, & omnes sensus totidem sunt vitæ partes) sed quia nulla pars est, quæ ad cælestem vitam aspiret, non mirum est si totus homo, quantum atinet ad regnum Dei, mortuus censetur.] Peccator igitur habet aliquid vitæ residuum etiam mortuus sit. Cur igitur mortuus dicitur, causam aduersarius edicit; quod nulla eius pars ad vitam cælestem aspiret. Hac quidem ratione nos planè mortuum dicere non veremur. Neque enim intel-

lectus, neque voluntas sese in Deum erigere & ad vitam aspirare potest, nisi Dei gratia subleuetur. Possit autem adiutorio diuino excitata. Atque hoc est, quod Christus ait, mortui audient vocem Dei, & qui audierint, vivent. Ecce tibi mortui illi audiant, non natura sua, sed gratia arcanaque Dei virtute imbuti, qui audiant viuunt, audiendo enim in vitam excitantur. Auditis mortuorum ad vitam quando ita Deo placet, etiam cooperatur. Cur non intellectus igitur ad vitam spiritalem cælestis motionis impulsu aliquando operatur, pariterque voluntas. At mortui nihil agunt, quo vitam assequantur. Natura sua nihil omnino, auxilio omnipotentia viuificantis tantum, quantum ille voluerit, qui non agit modo, sed actus etiam illa quæ mortua sunt. At mortuus nihil agit: natura corruptæ nullus vigor est ad iustitiam audiendam. Ita planè, ne mortuis vilis audiendi sentiat. Sed qui mortuis audiam tribuit, ut cum audierint, viuant, peccatoribus etiam vigorem imperatur, ut cum voluerint, iustificentur: ut autem velint, non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.

§. 3. Vocem filii hominis, tubam interpretantur, Theol. 4. ut e loco explicabitur.

An ipse Dominus loquutus sit; an Angelus etiam, Take *ἀγγελο* an verò tuba vocetur Domini vox, & archangelus, quæ *ἀρχαγγελος* ille canet dubitatur. Graues auctores de sola tuba interpretantur ut Cyrillus libro duodecimo, capite centesimo quadagesimo quinto. Chryostomus, D. Thom. Rupertus, Theodorus, Euthymius, Occumenius. Quod nonnulli sonum spiritalem dixerunt, nescio quo modo textui non repugnet. Hier. ad Pammach. Epistol. 61. audient inquit auribus, procedent pedibus. Conuenit corporatis, ut sensibili voce citentur. Tubam alii articulatam vocem edituram, alii Angelum vocem tubæ instar proferendam arbitrantur. Hypollitus orat. de causâ mat. mundi tubam, Sonabit tuba, & excitabit dormientes, & omnes in oculis resurgent, & stabunt super faciem terræ & expectabunt iusti atque terribilis iudicis aduentum. Mihi videtur probabilius fore ut filius hominis vocem proferat, & Angelus canat, mirabilique vi toto orbe audiatur.

VERSUS 26.

Sicut enim Pater, habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.

QUESTIO I.

Quomodo Pater dederit Filio vitam habere in semetipso?

§. 1. **N**ON repugnant inter se vitam habere datam filio vita, per generationem, per quam essentia est communicata, ut Augustinus Serm. contra Arianos. Hanc tamen habet in semetipso, veram æternam, naturalem, necessariam. Augustini sententiam resicit Caluinus, approbant tamen eius Collegæ, ut Bullingerus. Euthymius homini datam vitam interpretatur, habere autem in semetipso, esse habere causam & originem, qua in alios transfundatur. Nam Deus ita vitam in se continet, ut in omnes dederit: Sic Psalmo trigesimo tertio. *Apud te est fontis vitæ.* Hunc fontem aperuit in filio, ut omnes affatim hauriant.

QVÆSTIO I.

Quomodo probat iudicium suum esse iustum?

§. 1. Iudicandi sibi potestatem factam affirmat ea causa, quia filius hominis est; Naturæ enim consentaneum est, ut hominis iudex sit homo; nec hoc Iudæi inficiabantur, verum alia ex parte iudicium infirmabant. Hominis enim iudicium ignoracione vel affectu perverti potest. Quotidie enim exercentur hominum iudicia non iusta. Obiectioni itaque occurrit, cum ait iudicium suum iustum esse, nec posse in eo quicquam reperiri pravitatis. Cuius rei causas tres producit. Prima, non possum ego à me ipso quicquam facere. Hoc est; nec divina voluntas potest quicquam facere quod non confensu, voluntate, potentia faciat etiam Deus pater. Neque voluntas humana quicquam potest facere, quod non dependeat à voluntate divina, cui omnibus in rebus subiecta est, ut ab ea recedere non possit. Quamvis enim in se spectata mutabilis sit, nunquam tamen ob unionem cum divina persona peccatura est.

Patrum expositionem Caluinus rejicit: [Superuacuum foret hic subtiliter disputare à seipso an alimunde possit filius Dei, quod ad eternam eius diuinitatem spectat, neque enim talibus argutiis nos occupare voluit. Proinde nulla erat causa eum se tam anxie torquerent veteres in repellenda Arii calumnia, filium patri æqualem non esse nebulo ille iactabat, quia nihil possit à seipso. Respondent sancti viri, filium in re patre acceptum quicquid habet: à quo persone respectu, principium suum ducit. Sed primum Christus hic de nuda sua diuinitate verba non facit: sed ut carne nostra indutus est, se ab exterrina specie minime æstimandum esse admonet, quia aliquid habeat homine altius. Deinde videndum quibus negotiis habeat, Iudæos, qui ipsum opponebant Deo tentabant, refellere illi propositum est, negat ergo se quicquam facere humanitus, quia ducem habeat & moderatorem Deum qui in se habitat. Hoc semper memoria tenendum, quoties de se loquitur Christus, sibi tantum sumere, quod hominis proprium est: quia Iudæos respicit, qui perperam eum quasi vnum aliquem ex hominum vulgo esse dicebant. Eadem ratione quicquid homine superius est, ad patrem refert.]

Vtrumque Christus complectitur. Deum enim se vnum cum patre asserit, & hominem qui omni modo semper patri sit conuinctus, ut nihil velit, nisi consensu patris. Falsam vero axioma, Christum cum de se loquitur tantum sibi sumere, quod hominis est, multis enim locis ea sibi sumit, quibus se Deum esse declarat. Hoc vero quod Caluinus tanquam fixum statuit, Ariani insigniter fauet. Nam si nihil vnquam nisi quod proprium hominis est, sibi sumit, non ergo ex eius verbis illis diuinitatem probare possumus, quod Ariani velint, & magno merentur Ottomanida.

§. 2. Altera causa est, quia iudico, sicut audio. Perfectionissime enim cognoscit errorum causas, atque secundum eas iudicat. Sæpe enim aliorum iudicia quamuis secundum allegata & probata proferantur iniusta sunt.

Tertia causa est, quod suam voluntatem non quarat, hoc est humanam, sed eam diuinæ accommodet, à Deo enim missis negotia illius ex ordinatione mittentis peragat.

Porro iudicandi officium ad totam gubernacionem pertinere in confesso est. Potest etiam ad rem presentem accommodari; Iudicium quo miserum etiam sabbato sanandum suscepit, iustum esse, nec

debuisset se misericordiam detinere ob sabbatum, quod ad hominum vilitatem institutum est.

§. 3. Eodem modo ostendit Athanasius lib. 4. contra Arianos male ex his verbis diuinitatem impugnari. Nam hoc dictum: Pater diligit filium & omnia dedit in manus eius. & omnia mihi tradita sunt à patre: Et, Ego non possum quicquam facere ex me ipso, sed quemadmodum audio, ita iudico: & quæcunque sunt istiusmodi generis sententiæ, non id indicant, quasi aliquando ea non habuerit filius. Quomodo enim quæ habet pater non habuerit æternum & vnicum patris ex substantia verbum & sapientia, cuius ista sunt verba: Omnia quæ habet pater mea sunt: & mea, sunt patris. Si enim quæ patris sunt, ad filium pertinent, & semper illa pater habet: certum est filium semper habere ea, quæ sunt patris: quippe qui semper in eo sit. Quocirca, non ideo quod aliquando non habuerit, istiusmodi locutus est: sed possidet ut Deus, ea postulat ut filius. Nam quæ habet à patre habet: Sed ne quis videns filium habere omnia quæcunque pater habet, & indisereta similitudine & identitate eorum quæ habentur, Sabelliano more deceptus impie sentiat: existimet quæ filium etiam patrem esse: ea de causa hoc verbum prolatum est, Datum est mihi, & accepti: & traditum est mihi: nulla alia de causa, quam ut ostenderet se patrem non esse, sed patris verbum, & æternum filium: qui quidem ob similitudinem patris, quæcunque habet, perpetuo ab eo habet. Verum quia filius est, id eo perpetuo ex patre habet, quæcunque habet. Idem Athanasius oratione contra Sabellij Gregales: Caterum si vis eum audire humanitus loqui, & congruenter ad formam carnis, quæ oculis patebat: & ad humanam speciem, quæ sola & mera in eo existimabatur, audi verba ipsius: Si ego de me ipso testimonium perhibeo, testimonium meum verum non est. Neque enim fide dignum videtur, neque recepti moris est, ut homo de seipso testimonium perhibeat. Cum autem dicit: Et si ego testimonium perhibebo de me ipso, testimonium tamen meum verum, quia scio unde adueniui, & quo abeam: Cum se & patrem enumerans, duos esse dicit, qui de ipsius gloria testimonium ferant, nequaquam humana loquitur, sed supra omnem humanam dignitatem.

VERSVS 31.

Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium, meum non est verum.

QVÆSTIO I.

An testimonium Christi de se non sit verum?

§. 1. Quemadmodum latinis vñtatum est, ut dicant: propria laus sordet, ita prouerbium etiam est apud Hebræos cum dicunt; Proprium cuiusque testimonium falsum esse. Nihil sane magis ridiculum quam à seipso propria in causa testis. At Christi testimonium tanquam *ἑαυτοῦ μαρτυρία* de seipso verissimum est. Ita infra cap. 8. vers. 13. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Chrysostomus, Cyrillus, alique existimant Christum, loqui ex Iudæorum sententia; nam obijciunt illi cap. 8. 13. & sensum esse volunt. Ideo non creditis, quia ipse de me testimonium perhibeo.

Commodius alij interpretantur, omnia illa per concessionem dici, hunc in modum. Quamuis vero *Concessione* iure postulare possim, ut mihi de me testanti & tot si *Christus v-* gnis veritatem testimonij ob signanti credatis; non *titur.* tamen nunc vergeo, ut tantæ auctoritati fidem habeatis. Esto sit verum prouerbium vestrum, & non sit verum meum testimonium, at aliter de me verum esse concederis. Largitur quod iniquum est, ut æquum obtineat. Cum suum proprium testimonium suspectum videt, ad tempus iuri suo cedit. Quamuis

enim Deum in ordinem cogi impium sit, cum illius testimonium toti mundo præponderet. Quod si de hominum testimonio agitur, proprium iustissime videtur rejci, eo quod unusquisque sibi faueat, nec contra se aliquis infesta & aduersa deponat, ut docet Cyprian. Ep. 69. ad Florentium.

VERSUS 34.

Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut salui sitis.

QUESTIO I.

An non accipiat ab homine testimonium?

§. 1. **M**issas Ioannes erat ut testimonium perhiberet de lumine, ideo & hoc testimonium diuinum erat, quamuis ab homine daretur, id Christus accepit. Verum hic comparatio est: Non enim indigere se alieno testimonio, opera euidentius testificati. Ioannis testimonium ipsorum causa datum.

§. 2. Protestatio illa non efficit, quo minus auctoritas infallibilis, qua in controuersis utimur, non sit etiam humana. Nam partim diuina est partim humana, ab auctore homini inspirata, & per hominem proposita. Hic Christus apostolos testes esse voluit, ipsos homines, sed tamen diuino testimonio instructos. Quare Anabaptistæ & Phanatici à vero longe aberrant, dum diuinas reuelationes ita iactant, ut hominum & scripturarum magisteria auferantur. Hominum enim opera docere Deus statuit homines, ut qui eos audirent, Deum audire dicerentur. Sic Malach. 2. Ephel. 4. Luc. 2. Iam olim enthuſiasmus ille invaluit, ut queritur Iren. lib. 3. cap. 2. Tertull. de præscript. multis locis.

Testimonia
diuina per
homines
dantur.

VERSUS 35.

Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.

QUESTIO I.

Quomodo ad horam in luce Ioannis exultarunt?

§. 1. **I**oannis testimonium commendat; Erat enim lucerna lucens & ardens, per tenebras ad vitam deducens. Iudæi magno primùm gaudio eum exceperunt, adeo ut Messiam putarent, deinde vero de Christo eius testimonium repudiauerunt, acerbèque infectati sunt, adeo ut dicerent: *Dæmonium habet.* Receperunt Ioannem in speciem cum insignem ad eum legationem mitterent, sed cum eorum vitia tangeret, resiliabant. Tantum ac tam sanctum apparuisse prophetam magnæ sibi gloriæ ducebant, eumque Messiam fore sperabant, à quo omnes locupletarentur, totoque orbe dominarentur, eum vero ad vitæ emendationem verba fieri audirent, & desinendas cupiditates summo præconem odio infectati sunt. Nam virtutum commendatione, vitiorumque manifestatione reprobi irritantur.

Ioannem re-
pudiauerunt.

Commendatione Ioannis eorum proteritiam, insolentiamque accusat. Deus lucernam tanquam paterfamilias bonus accendit, ut sequerentur, illi lucem aspiciunt, atque in ea ad breue tempus exultant. Caluinus ait: *proteruè saltare, quam sine progressu in ea ambulando præcedi maluisse, addit vero: [Ideo dicit ad tempus, vel ad horam: qua voce eorum stulti-*

tiam perstringit, quod putarint fluxa & euanida proteritiam aternam Dei lucem posse extingui. Ita hodie Papistæ, quotquot Deus pios doctores Ecclesiæ suæ tanquam accensa lumina dedit, in contrarium vltimum sibi perstringere. Nec modo lucernis lucis aspectu suffocandum Dei lucem, sed etiam in tenebris sepe exultant, ut cum aduersus puram Euangelij doctrinam insulsis rabularum suorum commentis super-

Pios doctores à Deo datos agnoscimus omnes. Syrus habet *דבש חיהבחרון* *debeschibcharon*, glorificare vos; de tanto enim propheta magnifice gloriantur, eosque non minus insigni beneficio, quam solem nobis donatum dicimus, at quos Caluinus pro doctoribus habet, Zwinglium, Bullingerum, Bucerum, cæterasque pestes, nos apostatas esse scimus, de fumo abyssi progressos obsecrare orbem terrarum. Nec rabularum commentis superbumus, sed martyrum sanctorum, patrumque, & vniuersæ antiquitatis testimonio doctrinam nostram confirmari merito gloriamur, aduersus profanas hæreseon nouitates præscribimus, nec timemus ne regni cælorum hæreditatem non adæmamus, si eadem via, qua martyres ac confessores secuti, ad eam tendamus.

VERSUS 36.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: Opera enim qua dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera qua ego facio testimonium perhibent de me, quia pater misit me.

QUESTIO I.

An operum testimonium sufficiens fuerit?

§. 1. **M**agnum erat testimonium Ioannis, ut quod nemo maior inter natos mulierum surrexerat: sed aliud testimonium habere se ait, quod maius sit Ioanne, testificante scilicet, non enim persona Ioannis & Christi, sed testimonium Ioannis, sed Ioannes testis cum operibus testificantibus comparatur, ideo dicitur *משהו מן המעשה* & *יואנן*, Syrus *בן נבון* *Rabbo men lauchanan*, maior præ Ioanne; nec opus correctione, ut interponatur *מיס מאטו יואנן* testimonio Ioannis, ut Beza in sua versione fecit. Nam neque id Græcus textus habet, neque Syrus; imo ne Tremellius quidem & Iunius Caluini aliter vertunt, quam nosler. Hoc igitur testimonium sunt ipsa opera adeo magna, & illustria, ut quamuis contumaces animos flecteret atque in veritatis agnitionem posset. Sed illa obstinatio, & voluntaria occæcatio oculorum, qua, & Christum & Ioannem repudiauerunt, ita animos obstruxit, ut nulla parte gratiæ diuinæ aditum patefacerent.

§. 2. Questionem Caluinus proponit. *An ad præbandum quantum satis est, Christum esse filium Dei valent miracula?* Respondet ille: *Signa prophetarum non vltra se protendisse; quam ut prophetas ostenderent, Dei seruos esse, qui auctoritatem aliter obtinere non poterant, sed Deus filium suum aliter extollere voluit.*

Obscure rem inuoluit, & tamen suam hæresin destruit. Dicendum enim est; miracula ad id confirmandum valere, quod credi sibi postulant illi, qui miracula faciunt. Prophetæ se Dei seruos, à Deo missos esse esse miraculis probabant. Christus Dei filium se esse professus est, idcirco cum eum in finem miracula pararet, ut hoc crederetur, sufficientia fuerunt. Nunquam

Duplex lex.

de quo prolixè & erudite præceptor meus Nicolaus Serarius in proleg. Bibliacis. Interim sensum, & veritatem scrutantes, duo dogmatum genera habebant. Primum erat lex à Deo scripta, quam vocabant תורה השבתה Thora ascher bicethab. Lex que in scripto. alterum פה על תורה אש Thora ascher beghal Phe, lex que in ore. Eodem enim spiritu & legem, & legis interpretationem datam à Deo credebant, atque hoc restantur in libro ברכות berachoth, benedictionum. Explanatorem etiam duplicem habuerunt literalem, & mylticum. Hanc vero traditione accepisse se à Mose, Iosua, senioribus, prophetis, viris synagogæ magnæ, continua serie putabant, alij aliter seriem illam ordinant. Iosua à Mose accepisse, & Phinees tradidisse, ab hoc autem accepisse Heli, & Samueli tradidisse, hunc Davidi regi, illam Achizæ prophetæ, à quo Elias, deinde Helisæus, tandem Ioiadas & Zacharias pontifices, Oseas, Amos, Isaias, Michæas, Ioel, Nahum, Abacuc, Sephonias, Ieremias, Baruch, Esdra, ordine collocantur. Præter libros autem sacros multa suorum scripta habuerunt, quæ omnia pene interierunt. Tempore Ptolom. Philometoris fuit apud eos Aristobulus philosophus, qui multa in libros sacros commentatus est. Deinde duo doctores R. Iodan, & R. Ibba annos ante Christum circiter 150. multa de Messia scripserunt, & eos secutus R. Simeon Iohai filius, multa sane de Messia, eius passione, & vita scripsit. Commentarios fecit in Genesis, lingua Hebræa, & plurima Christianæ fidei mysteria recenset. Sæpe patrem, & filium, & Spiritum sanctum expresse nominat, præcipuus sanctissimæ Trinitatis inter Rabbinos assertor: summæ erant tempore Christi auctoritatis eius libri, nec deerant senes, qui eius discipulos audierant. Liber eius erat qui inscriptus erat hebraicè, מִשְׁכַּח הַסֵּפֶר Mechker Hassodoth, hoc est: Scrutatio arcanorum, nam סֵפֶר est fodere, scrutari, seu quod græci dicunt μετρησθαι, diligenter querere, ut qui eunt in viscera terræ, ut metalla inde eruant. Ab illo habuit R. Haccadosch, i. sanctus, qui res Messia quasi vidisset ipse recenset, & Nehumias Haccanzæ filius, qui ex suis præceptoribus non modo prophetas explicuit, verum etiam se tantum annos quinquaginta à Messia aduentu abesse asseueravit. Ille Epistolam Haccanzæ filio scripsit: quam vocavit מִשְׁכַּח הַסֵּפֶר Epistolam arcanorum ad imitationem Simeonis, qui scrutationem arcanorum scripserat. Nam totus liber, seu scrutatio arcanorum de Messia erat. His igitur instructi Iudæi scripturas scrutabantur, & Christum inuenire debebant, ad hos Dominus alludit, cum dicit: scrutamini scripturas.

Series doctorum Iudæicorum.

Haccadosch.

Scrutatio scripturarum.

Iudæi inescutabiles.

Non dubito autem quin multi Iudæorum interpretes illos famosissimos secum in Synagoga, aliisque locis Christo disserente habuerint. Scrutabantur igitur scripturas laudabili industria, his vsi interpretibus nullo tamen plerique fructu, quod errores, occupata iudicia, magna vitia, cupiditatesque aciem intelligendi hebetarent, & obtunderent. Præuocant Iudæi, maloque ingenio: nam Ioannis testimonio, & factis euidentissime conuicti, ad scripturas prouocabant, Mosis se esse discipulos, à Christo sabbatum violari, tolli de medio legem conquirebantur. Christus in proprio eos præsidio inuadit, ac deiecit, & inanem confidentiam excutit. Scrutari ait illos scripturas, nec inuenire in illis Christum iam præsentem, omnia Messia fungentem officia, omnibus redemptoris insignibus fulgentem, cum in illis ipsis scripturis ante ducentos, & qui secuti sunt, annos, eorum doctores tam clare ex scripturarum scrutatione eum prædixerint. Nobis sane sedulo scripturas esse legendas docet Cyrillus Alexandrinus, qui Glaphyra sua ab hac sententia orditur.

§. 2. Non defuerunt hæretici qui sententiam pul-

cherimam ab aliis falso adicam esse contendere, non à Christo prolata. Ita Fauustus Manichæus apud Augustinum lib. 12. cap. 37. & lib. 16. & lib. 1. de fide cap. 30. & contra Adimant. Manichæum c. 15. Cum enim Deum veteris testamenti malum esse contenderent, vetus etiam instrumentum è medio tollebant. In partem eiusdem blasphemiam venit Theodorus Mopsuestenus, qui quidem Deum veteris testamenti auctorem fatebatur, non tamen prophetas de Christo locutos esse concedebat. Sed omnia testimonia per similitudinem, & analogiam quandam ab Apostolis ad nouum testamentum, & Christiana tempora detorta esse blasphemauit. Damnatus est in Concilio Constantinopolitano, act. 5. & Romano, sub Vigilio. Et hoc solo testimonio abunde confutatur. Christus enim ait scripturas de se testimonium perhibere, In scripturis excusari non posse, quod scripturarum testimoniis non acquiescant. Itaque vim authenticæ diplomatis, & legitimi testimonij continent: ex infirmo igitur de Christo agunt. At si tantum alicuius interpretis ingenio, aut accommodatione eo traherentur, non posset exprobrari Iudæis stupor, quod in illis Christum non inuenirent; non enim Spiritus sanctus de Christo loqueretur, sed interpretis rationatio id deduceret. Ut quis Virgij carmen, quod ille de Pollionis filio composuit, Christo accommodare, idque voluisse poetam diceret, cum eius institutum fuerit Pollioni adulari, nihil de Messia vaticinari.

§. 3. Irenæus l. 4. c. 23. Manichæos, alioque sectarios confutat, veteris testamenti negatores. Deum enim Christi patrem esse ex his ipsis conuincit: quod olim de illo ipso omnia prædixerit, & Christus hoc ipsum agnoscat.

§. 4. Quantum aberrent, qui facilem omnibus scripturam arbitrantur, facile ex dictis concludere possumus. Quid enim opus est scrutatione, si aurum veri sensus in propulo est? audiendus potius Chrysostomus, quam sectarij. Ille in hunc locum non modo difficultatem scripturæ ostendit, verum etiam omnes ad eius studium hortatur.

QUESTIO II.

An ideo nulla sit fides implicita, quia scripturas scrutantur Iudæi?

§. 1. Pareus l. 1. c. 7. de iustificacione grauitèr in Bellarminum inculcat, quod fidem Catholicam non intelligant, & notitia, sed assensu definiat. An scrutatio fiet sine intelligentia?

Respondeo meram esse imposturam, nec Bellarmino, nec cuiquam Catholico in mentem venisse, ut fidem sine intelligentia, aut sola ignorantia constare assereret.

Requirat enim Bellarminus apprehensionem, deinde assensum ex auctoritate proponentis, cognitionem subtilem fidei, aut rerum quæ creduntur, necessariam negat, quotus enim quisque fidelium, qui pro Trinitate mori paratus est, relationes, origines, processionem, in eadem natura in composita intelligit: aut id quod credit defendere potest?

Frustra eum Pareus p. 299. oppugnat: quasi dicat: apprehensionem & iudicium non esse facultatis intelligentis.

Verum non erat hoc probandum Bellarmino, nec vero hoc sensit, quod illi aduersarius imponit. Non enim negat apprehensionem, & iudicium, operationem potentia intelligentis esse. Sed opponit scientia euidenti, & explorata. Hoc est scientia: Scientia est enim cognitio distincta, euidens, per causas, talis non est in fide. agit enim contra Caluinum lib. 5. instit. c. 2.

Impet-

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelii
CVI
110

Imperfectam cognitionem Bellarminum perpetuo agnoscit, ipse aduerfarius hoc fatetur, p. 90. fidem definiti à Bellarmino habitum intellectus notitiam certam propositionum diuinarum, quibus firmiter assentimur, propter asseuerationem ipsius Dei, addit pag. 90. Pareus. Fidem non esse cum ignorantia, sed aliquali cognitione. Quid vero hoc rei est? si est non plena, sed aliqualis scientia, non est simul ignorantia nonnulla. In forme hoc monstrum est. Fatetur Bellarminum ponere eum statum quæstionis: an fides sit scientia, vel explorata cognitio. Deinde in terit ipse statum quæstionis. Bellarminus dicit: Fidem esse assensum cum ignorantia, ipse opponit. Esse assensum cum aliquali cognitione. Hoc nemo negat: nec inter se contraria sunt ignorantia & aliqualis cognitio. Est assensus cum aliquali ignorantia, aliquali scientia, seu cognitione, non autem scientia proprie dicta. Trinitatem credimus, esse tres personas in vna essentia distinctas confuse apprehendimus, nec per causam, nec per effectum cognoscimus. Fides hic est cum magna ignorantia, tenui cognitione. Sic sentire Catholicos constat ex c. 4. Vbi omnium sententia firmiter esse habitum intellectus, & c. 5. actus fidem describi dicitur per vocem intelligendi.

Bellarminus certe notitiam, sed obscuram significat. Id vero clarius c. 5. exprimit. Sic docet cap. 6. Plenissime scire esse actum intellectus, & in illud Pauli; non considerauit corpus emortuum. Credere esse cum assensu cogitare. Denique concors est sententia orthodoxorum in diuinis mysteriis, quædam cognoscit, quædam ignorari Deum hominem factum credimus, sed multa in eo mysterio ignoramus, quod si negat aliquis, eum facile nihil scire, nec sensu humano præditum cuiuslibet manifestum est. Credimus enim quod non intelligimus, sic Basilus aduersus Eunomium. Si omni.

Sic Athanasius ad Serapionem. Nazianzen. orat. de Theologia. Calviniani autem dum expressam omnium cognitionem iactant, occasione Trinitatis dederunt, vt in speciem validis argumentis simplicium corda peruerterent. Cracouæ editus olim liber est, contra sanctissimam Trinitatem, quo inter alia, Catholicos auctor exagitat, quod credere se, non intelligere tantum mysterium profiteantur.

§. 2. Calumnia est, cum fidem implicitam sola ignorantia à nobis definiti comminiscuntur. Veritas ita habet: Multorum fidelium, etiam legere necessitatem, viuida fides est. Parati sunt credere, quicquid Bibliis sacris continetur, habitu fidei donati sunt, qui ad omnia illa extenditur. Multas Bibliorum sententias non modo non legerunt, sed nec audiendo quidem audierunt. Fide tamen, qua omnia à Deo reuelata esse vera credunt, etiam implicite illa credunt.

§. 3. Hæc fides in omnibus est; quisquis enim totius biblici corporis veritatem credit, etiam singulas partes credat necesse est. Nemo vero est, qui omnium meminerit. Interim fides implicita nulli omnino Christiano sufficit, quia undum enim rerum opus est fide explicita. Omnes enim oportet credere, Deum esse, & remuneratorem esse. Fides redemptoris venturi olim etiam necessaria fuit, nunc vero explicite traditur, quæ duodecim articulis comprehensa est. Expressissima redemptoris fides est necessaria cunctis Christianis. Bonauer. in 3. sent. distinct. 25. art. 1. q. 3. Gabriel. in 3. distinct. 25. q. vnica. art. 2. Marfilus, Albertus magnus. Hugo Victorinus, lib. 1. de sacram. p. 10. c. 6. Alexand. Hallens. p. 3. q. 82. memb. 3. Durand. distinct. 25. Recentiores omitto. Hinc insigne Caluini de Scholasticis mendacium confutatur: b. 3. insit. c. 2. §. 2.

Respondeo. Fidem in magna plerumque rerum ignorantia versari, ideo ab Apostolo vocari argumentum rerum non apparentium. Non tamen in sola; nam apprehensio, assensusque est quædam cognitio. Et multarum rerum fidem explicitam habere necesse est, vt iam docui. Nec possunt fidem implicitam indocta plebis damnare, nisi magnam partem Christianorum iudicent infidelem. Quin & docti ita quædam res fidei intelligunt, vt tamen illa quæ scientia tenent, minima pars sit eorum, quæ ignorant.

Calumniam geminat Pareus lib. 1. cap. 7. de iustificatione. Dicit enim nos populum in ignorantia scelerate detinere.

Respondeo scelerate prorsus facere qui populum in ignorantia detinent; Scelerate etiam eos, qui falso hoc crimen de centibus imponunt: Sceleratius qui falsa docent, & simplicem populum contra veritatem calumniis furiose concitant, quod faciunt Caluiniani. Porro non agere hoc Catholicos vt populum in ignorantia detineant, plurimum, & difficilimum labor, docentium, catechizantium, concionantium, scribentium ostendit. Scientia vtilis est; nam quo maior Dei cognitio, eo facilius amor tanti boni. Non omnis tamen ignorantia damnabilis, sed illa quæ rerum est simpliciter ad salutem necessarium, quas paucas esse Deus voluit, ne ignaris & rudibus vitæ æternæ injiceret desperationem.

§. 5. Nemo scripturas iactantius hæcenus producit, quam Sociniani, ipse tamen Socinus cum ad rem ventum est, eas contemnit; Ego quidem, inquit, si non semel, sed sepe in sacris monumentis scriptum existeret, non idcirco tamen ita rem prorsus habere crederem. Hoc enim obijcit illi in mutua disceptatione Couertus. Similia tamen de Caluino, aliisque Vorstius in coronide Iubilorum citatus adducit.

§. 6. Qui hinc concludunt omnibus esse legendas scripturas, & scrutari oportere earum sensum; recte docent, si de pia, sancta, quæque pios interpretes, & sanctos patres audiat, seruatione intelligant. Non enim scripturæ gustus aut fructus in cortice, aut superficie percipitur, sed ad intima eius penetrare oportet, si quis viuificum ab ea cibum expetat. Hunnius, aliiq; pro scripturarum lectione omnibus commendata, adeoque imperata contempunt. At iam initio ostendi, non præceptum esse, sed facti narrationem. Id adeo etiam Erasmus, Ioannes Piscator, Beza sentiunt.

Frustra ergo sunt, qui cunctis etiam idiotis tantum onus imponunt, vt scripturas scrutentur, qui eas legere non didicerunt. Qui vero præceptum hac in re esse opinantur; non possunt alia illud ratione accipere, quam vt auditis suis de scripturæ sensu doctoribus, de veritate iudicent. Si enim vnumquemque de infima plebe sine doctore ac magistro scrutatorem faciamus, id plerisque continget, quod Iudæis, qui scrutando eo venerunt, vt Christum crucifigerent, salute exciderent. Id adeo factum olim fatetur Lutherus cum singularæ sectæ, pro se, suæque sententiæ confirmatione scripturam torqueant, eos res reducebatur, vt scripturæ auctoritas vilesceret, & tandem probroso, & blasphe-
si hemo nomine liber hæreticorum diceretur, quasi inde omnes hæreses ortæ essent, quia singuli hæretici scripturæ testimonia allegarent. Inde illa, quæ recenset Lutherus: Babel, Babel, Babel. Hinc Schwenckfeldianorum, Fanaticorum, Libertinorum afflatus, & energemata, sine scriptura docentium. Nemo est, cui non vtilis sit vera scripturarum scrutatio, quam peritia Ecclesiæ & Patrum dirigit, quæ norma destitutus non minus in vanum laboraturus est, quam si venas auri vel argenti sine indice perito quisquam sectetur.

§. 7. Witackerus impudentius etiam hæc verba dicit.

Fides igitur rei.

Doctorum fides implicita.

Populi fallere graue scelus.

Socinus.

Nō est qui liber idoneus scrutator.

detorquet, contra Bellarminum de verbo Dei l. 1. c. 7. Scripturas eas tantum esse ait, quibus Christus usus est, tanquam testibus suis. illis vero testimonium reddidisse tanquam testibus suis existimat; cum dixit: Scrutamini scripturas.

Scriptura non omni Christus vsus.

Respondeo. Christum Ecclesiastæ, Canticorum, Abdæ, Sophoniæ nullos versus in testimonium producere, ex aliis scripturis pauca, non tamen ideo illas in censum apocrypharum rejciendas. Hoc ergo argumentum si contra libros Maccabæorum est validum: magis valere contra alios debet, quorum vel nihil, vel parva aliqua sola citatur. His sane verbis nullam scripturam Christus excludit. Si quos libros in canone non habebant Iudæi, quos esse oportebat in illo, ad institutum Christi non pertinebat, sed testimonium in illis erat, quos ipsi recipiebant. Epistolam Iacobi Lutherus è canone rejcit, stramineam appellat contumelioso elogio; nec minus tamen nos eam veram agnoscimus: & cum monemus, ut scrutetur scripturas, videatque Abrahamum ex operibus iustificatum esse, non excludimus Epistolam S. Iacobi, sed vel maxime eam considerari volumus.

§. 8. Wittackerus contra Bellarminum l. 2. c. 13. de verbo Dei. Christum, inquit, generale legendæ scripturæ mandatum dedidit.

Respondeo. Præceptum generale nullo modo esse, cum infinita Iudæorum turba esset sine literis, ut ipsi etiam Apostoli. Deinde cum Pharisæis & legisperitis disputationem instituit, illi veterem Hebræam norant. Plebs ignorabat, licet multa intelligeret ob linguarum inter se affinitatem. Nescisse illos linguam veterem ostendunt omnia nomina novi testamenti, quæ Syra sunt, aut Græca, vel Romana. Quin id docet Wittebergenis professor Laurentius Fabricius in præfatione quam Crinesij Syriacæ Grammaticæ præfixit. Scripturæ intelligendæ instrumenta ait lectionem, & linguæ qua scriptura comprehensa est, cognitionem.

Lingua Syra & Hebræa differunt.

Tantum ille distantiam agnoscit, ut linguas illas discernas iudicet, & docet experientia eos, qui vnam norunt, aliam ignorare. Itaque cum tum Iudæi vrentur lingua Syriaca, non Hebræa, nisi cum in scholis eam discerent, minima parte eam cognoscebat. Nec Hebræice, sed Syriace concionatus est Dominus: ut mira sit quorundam præconum stoliditas, qui aliud demonstrare contendunt.

Multo stolidius idem Wittackerus in l. 2. Bell. c. 16. de verbo Dei. Omnibus etiam indoctis lectionem scripturarum fingit esse præceptam.

Respondeo. Non posse illud præceptum esse commune; non est enim præceptum, ut legere addiscant, multo minus, ut scrutentur lingua quam non intelligunt. Eo tempore non erat conuersa in linguam Syriacam scriptura, aut sane versio authentica non fuit, nulla enim extat, nec mentio est eiusmodi, & Chaldæa paraphrasis manifeste mendosa est: nec plane intelligebatur, & perspicue à Syris, si ea vrentur Christus aut Apostoli. Non igitur potuit dari hoc præceptum, nec conuincere inde quisquam valet, scripturam eo tempore Syriace lectam esse. Sed neque inter tot auctores vel vnus est, qui versiones illas agnoscat. Chaldæam circa illa fuisse tempora multi arbitrantur; sed eam tot erroribus scarentem pro verbo Dei commendare Christus non potuit. Hunc locum cum doctissime exponat l. 2. c. 16. in defensione Iacobus Gretsetus, ad eum remitto lectorem.

Syra versio probata nulla.

QVÆSTIO III.

An scrutatio scripturæ tollat traditiones?

§. 1. Wittackeri hoc est argumentum, contra l. 4. c. 10. Bellarmini. Christus dixit: Scrutamini

scripturas, non traditiones, non ergo Iudæis fuerunt traditiones. Si enim traditiones authenticas habuissent, eas etiam scrutari iussisset.

Respondeo; Scripturas proponi, quoniam illas scrutabantur: non ideo traditiones reiecit, etsi non dixerit Iudæos scrutari. Scripturas nominat solas, quoniam illis se maxime iactabant, in illis se vitam habere arbitrabantur. Cur igitur traditiones omittit? Primo quoniam multæ deprauatæ erant, atque impiæ: itaque ad eas remittere Iudæos noluit, ne omnes approbare videretur, aut si quibusdam reiectis quasdam admitteret, noua de traditionibus disputatio, atque importuna oriretur. Ad illud igitur de quo inter omnes conueniebat, aduersarios remittit. Deinde traditiones dubiæ non erant, nec scrutatione egebant, loquor de veris; erant enim scripturæ explanationes. Quod si, ut Wittackerus visum est, indoctos iussit scrutari biblii Syriacæ scripta, necessario admittenda erat traditio, quæ omnibus scripturis intererat; nempe fide diuina certum esse, versionem illam à spiritu profectam esse. Quæ traditio omnium est difficilissima, cum de vna tantum lingua iudicare possit indoctus. Quemadmodum nunc vulgus Caluanianorum credere oportet versiones Bibliorum Gallicas, Germanicas, Latinas authenticas esse. Alioqui scrutando nunquam certi esse possunt; nec enim cum linguis primogenitis vernaculum idioma conferre valent. Atque ita velle nolit semper relabitur ad traditiones, sine quibus traditio scriptura non potest.

Probatum itaque ex hisce scripturæ auctoritas, non tollitur fides traditio. Primum præfat Irenæus lib. 4. cap. 23. Et Athanasius lib. 1. contra Arianos. Alterum iam demonstraui ex sententia aduersariorum, scripturæ enim sine traditione tradi tanquam veræ non possunt. Omnem enim scrutationem antecedit fides, de veritate scripturæ.

V. 41. QVÆSTIO I.

Quomodo claritatem ab homine non accipiat?

§. 1. Claritatem vocat *δῶξαν* gloriam, honorem, testimonii auctoritatem suam firmat, non humane laudis appetitu, sed animarum sollicitudine, ne perirent. Non enim eget gloria hominum, creator & rex omnium. Præclare Chryostomus. *ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἐπιθυμῶν τῆς δόξης ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπιθυμῶν τῆς δόξης τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀφ' αὐτῶν δὲ θεῶν αὐτῶν δόξῃ.* Si enim à lucerna lucis augmentum sol non accipit, quanto magis ego absum ab indigentia gloriæ humana? Calumniabantur Iudæi Christum ambitione testimonia illa colligere, ideo se factum ferre nolle, nec posse, ideo se illi non adiungere. Ille tacitis cogitationibus impiorum respondet; Humanas laudes se non morari; quamuis etiam vniversus cætus in sui contemptum fremeret, non tamen maiestate redemptoris minui posse, quæ à nulla creatura dependeat. Causam veram cur in se non credant illam esse, quod dilectionem Dei in se non habeant: sed odio conditoris sui flagrent. Suis vitis à Deo retrahantur, & ex suis moribus Christum æstiment. Error igitur ex malitia est, quo dulcia scelerum & licentiam pro veritate amplectuntur. Hinc eos auertantur, qui virtutum certamina in medio ponunt, eos audiunt, qui molesta non inculcant. Hinc Deus furdis loquitur, Satan alacres habet, & facile per prona vitiorum deuoluit. Tales hodie sunt, quos in vna atque vnicuique fiducia, quam puluina Christianæ securitatis appellant, summam salutis collocare pseudoprophetæ docuerunt. Quid mirum eos qui tantam sibi impunitatem spondent, à pertinacia nullis rationibus auelli?

avelli: & quamvis per varios anfractus in barathrum se precipitari sentiant, non tamen viam perditionis deserunt.

VERSVS 43.

Ego veni in nomine patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

QVÆSTIO I.

Quis alius quem accipiet?

§.1. Venire in nomine suo, est non Dei missu, & vocatione, sed sponte prorumpere, & legationem mentiri: alia sunt apud Hilarium l.19. de Trinit. Achan. l. 2. alioque interpretationes: hæc apta est, & facilis. Suo nomine veniet Antichristus; à Deo non missus, Deum se fingens. 2. Theosal. 2. 10. Fuere multi impostores, qui varia fraude Iudæos deceperunt, Ioseph. l. 2. de Ægyptio, c. 12. belli. Circa Adriani imperium Cochab. Euseb. l. 4. c. 6. historia. Tempore Valentiniani Iudæus Cretensis. Verum hic prophetia est de Antichristo, quem Iudæi inagno numero sequentur, sicut erga impostores se faciles, erga prophetas duos ostenderunt.

VERSVS 44.

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quaritis?

QVÆSTIO I.

An non possint credere, qui gloriam ab hominibus aucupantur?

§.1. Syrus habet: accipitis gloriam vnu ab vno, *in vno chad men chad.* Veritatis inimica est vanitas, & veræ gloriæ, quæ apud Deum est, repugnat vana gloria. Quam inter homines alij homines aucupantur, Pharisei & sacerdotes, ne famæ iacturam faciant, Christum persequuntur, populus ne de Synagoga eijceretur principibus adhæret. Eadem hodieque causa subest, ne Ecclesiæ se se submittant sectarij, quorum plurimi repulsâ irritati hostiliter ecclesiam inuasent.

§.2. Notandum quod v. 19. huius capituli ex Catholicorum libris obseruat, & probat Beza, Non posse, accipi interdum pro nolle. Nolunt igitur credere, qui laudum immensa cupidine incensi de vnius Dei gloria nunquam cogitant. Nec etiam possunt dum pravo gloriæ studio tenentur, vera, viua, & per caritatem operante fide imbui, quandiu vano aucupio honoris intenti sunt. Religio vera laudis osorem, sui despicientem, ex solo Deo pendentem animum populi stulat, qui Dei se iudicio probare conetur, vt qui sciat, Deo damnante, mundo laudante exitium effugere se non posse: nec è contrario, damnante mundo, probante Deo salutem amittere. A fide quidem suscipienda cupiditates omnes, atque inordinati animorum motus impediunt. Totidem enim sunt fidei obstacula, quot vitia. Maxime tamen obstat ambitio, cum fides sit humilitatis professio. Avaritia, libido, odia mentem à Deo vehementer auertunt, faciliorem tamen medelam admittunt, arrogantia acris pugnat, ne cognitione sui peccator, & Dei maiestatis

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

intuitu, de iure suo cedere cogatur. Si avarum ad eleemosynas horretis, moderatius fert tenacitati suæ conuicium fieri, etsi enim non succurrat egenibus, non tamen exasperatur in monitorem. Libidinosi amorum suorum carnificinam ipsi fatentur, tantum abest, vt indignentur increpanti, qui inimicitias gerunt, quamuis pertinaciter iras, & arma teneant, non tamen persequuntur pacis auctorem. Eiusmodi enim hominem fere id, quod sunt, sese esse non inficiantur. Hominem superbum de arrogantia increpantium patienter tolerare monitorem, nulla experientia docet. Prima enim modestiæ dos est, reprehensorem ferre. Superbiæ maximum vitium est, vitium suum non agnoscere: in monitorem, non minus, quam conuiciatorem exasperari. Difficilis est ira que talium conuersio. Accedit etiam veræ religionis indoles & natura, quæ multa præscribit, humanæ sapientiæ aduersa.

QVÆSTIO II.

Quæ sit gloria à solo Deo?

§.1. Gloriam esse aliquam non ab homine, sed à solo Deo, manifestum est ex Christi verbis. Eam etiam studiose querendam, constat ex Christi verbis, qui de eius neglectu Iudæos accusat, at qua in re consistat illa gloria, inter orthodoxos & sectarios disputatur. Calvinus illam gloriam pudore sui definit.

Falsa omnino est interpretatio, nam etsi pudor, & confusio gloriam habeat apud Deum. Non tamen pudor ipse est gloria, sed eius fructus. Nam vera virtus apud Deum precium sui, & laudem habet. Gloria autem quæ est apud Deum alia plane est, omnino opus quod à gratuita Dei gratia, ac Spiritu sancto procedit, quodque Deus gratuito fauore remuneraturus expectat, gloriam habet apud Deum. Horum Iudæos operum auidos & diligentes Dominus voluit. Hæc eadem opponit hypocriti & stultitiæ eorum, qui laudes humanas captant. Nec impedit illa gloria virtutis, quo minus fracti & prostrati ad Dei misericordiam confugiamus, si enim nosmetipsos intueamur causam exitij in nobis habemus, quin in ipsis operibus bonis crebro labimur.

Gloria à Deo qua sit.

VERSVS 45.

Nolite putare: quia ego accusaturus sim vos apud patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo speratis.

QVÆSTIO I.

Quomodo Moyses accusaturus est Iudæos?

§.1. Moyses accusatio in duplici causa audietur; nam Iudæi datam à Deo legem non seruabant, deinde legendo, interpretandoque sic corrumpebant, vt in ea Christum ad quem lex ducebat, non inuenirent. Non minus scriptura eos accusat, qui eam à vetustis doctoribus, & martyribus, adeoque sacris Conciliis acceptam contra eorum fidem intelligendo corrumperunt. Negat se accusaturum, quod id necesse non sit, cum causam damnationis ex lege & Moysè habeant, vt quamuis non apponatur nouus accusator, tamen absoluti non possunt.

Lex accusat.

§.2. Calvinus contra Catholicos ista contorquet, cum in ipsius collegas conueniant.

Respondeo. Neminem adeo vel obstinatum esse, vel ignarum, quin videat, id illo nobis imponere, in

Dd

quo

Hæresis Deo
rebellat.

quo delinquent. Quis enim more Gigantum Deo bellum indicit? an ille qui à Deo legem factum impossibilem latam fingit, qui Deum peccati auctorem constituit, qui in omni flagitiorum genere, se Dei amicum proficitur, qui ante pœnitentiam se iustum putat, qui negat se posse damnari? an vero ille, & legem Dei sanctam, & gratiæ adiuvantis auxilio facilem credit?

VERSUS 47.

Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.

QUESTIO I.

An si Moysi crederent, etiam Christo crederent?

§. 1. Ad dda est in latino particula forsitan, quæ in Græco non est, sed tamen modus potentialis eundem sensum habet. *ἤσκησαν ἂν ἐμοί.* Crederetis vtrique etiam, forte, & mihi. Ita vero loquitur, non quod dubitet, sed ut credentium, & non credentium libertatem ostendat, sic enim loqui nostrum interpretem alias docui. Si vero Moysi non credunt cuius scripta à parentibus acceperunt, quomodo crederent Christo, cui etsi omnia adessent, novitas tamen impediebat, quo minus facile assentirentur?

§. 2. Non est dubium, quin omnes interrogati, se Moysi credere responderent. Nō credere tamen Christus asserit, cum quod multos errores animo contra Moysi doctrinam fouerent, tum vero quod non recte

verba Moysi intelligerent, sed in locum verbi Dei, suas opiniones, & somnia substituerent. Denique quod literam tenerent, spiritum non haberent, & in Moysi scriptis Christi præsentiam iam cū omnibus circumstantiis exhibitam, poterant, sed volebant agnoscere, nec credere. Eo igitur modo scripturas legebant, ut illis non ad Dei cognitionem vterentur, sed contra veritatem armarentur. *Quæ utilitas est scriptura,* inquit Cyrillus, *si Christum in ea non agnosimus & sequimur?* Scripturæ nō lectione, sed in intellectu nos erudiant. Quomodo vero multa à scripturis abhorrentia docuerint, aliàs ostendi.

§. 3. Pari nos ratione demonstramus, tot nouarum sectarum sectas vti scripturis, nec illis tamen credere. Non crederent, & se mutuo *ἑλὸν ἄλλοις* earum accusent: sed quod ad suas hæreses illas detorqueant, quod nunquam magis, quam ex ipsorum inter se disceptationibus elucet. Docentque recenter edita Belgij federati ecclesiastica. Nec de eius certi esse sensu possunt, cum nulla sit regula, qua in eius scurratione nitantur, omnium enim homo mendax est, & spiritus priuatus multiplex est. vere Hieronymus Galat. c. 1. *Non putamus in verbis scripture esse Euangelium, sed in sensu, non superficie, sed medulla, non in sermonum solis, sed in radicacionis.* Nam & diabolus loquitur de scripturis, & vniuersæ hæreses secundum Ezechielem inde sibi confuunt ceruicalia, quæ ponant sub cubito vniuersæ ætatis. Et Hilarius ad Constantium: *Memento nomen hæreticorum esse, qui se non secundum scripturas predicare, ea quibus blasphemant, mentiantur.* Et Augustinus Epistol. 222. eadem.

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelii
CIV
130

Quomodo
Moysi non
crederent.

CAPVT VI.

1. In 4. Curia
accipit. 2. Cetera

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilæe, quod est Tiberiadis. 2. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. 3. Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. 4. Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. 5. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes: ut manducent hi? 6. Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset factururus. 7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. 8. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. 9. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? 10. Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. 11. Accipit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. 12. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant. 13. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superauerunt his, qui manducauerant. 14. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. 15. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. 16. Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. 17. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebra iam factæ erant: & non venerat ad eos Iesus. 18. Mare autem, vento magno flante exurgebat. 19. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulancem supra mare, & proximum naui fieri, & timerunt. 20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. 21. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram, in quam ibant. 22. Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abyssent. 23. alia vero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino. 24. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum querentes Iesum. 25. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? 26. Respondit eis Iesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus, & saturati estis. 27. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Pater hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur?